

¶ [illegible]le pour scauoir quelle planette regne chascune heu[illegible] iour que de la nuyt.

Dimēc	sol	ven	mer	lun	satu	iupi	mar	sol	ven	mer	lun	satu
Jeudi.	iupi	mar	sol	ven	mer	luna	satu	iupi	mar	sol	ven	mer
Lundi	luna	satu	iupi	mar	sol	ven	mer	luna	satu	iupi	mar	sol
Vēdredi	ven	mer	lun	satu	iupi	mar	sol	ven	mer	lun	satu	iupi
Mardi	mar	sol	ven	mer	lun	satu	iupi	mar	sol	ven	mer	luna
Samedi	satu	iupi	mar	sol	ven	mer	luna	satu	iupi	mar	sol	ven
Mercredi	mer	lun	satu	iupi	mar	sol	ven	mer	lun	satu	iupi	mar
Les heures	j	ij	iij	iiij	v	vj	vij	viij	ix	x	xj	xij

Liber Phiſiono-
mie Magiſtri
Michaelis
Scoti.

✠





Incipit liber Phisionomiæ: quem cõpilauit magister Michael Scotus ad preces. D. Federici Romanorum imperatoris: Scientia cuius est multum tenendo in secreto: eo ꝙ est magnæ efficaciæ. Continens secreta artis naturæ: quæ sufficiunt omni astrologo. Et cum hæc pars libri phisionomiæ constet ex tribus partibus: hoc est procemium.

IMperator inter cætera quibus te oportet esse sollicitum est scientia boni & mali: & eam modis omnibus inuestigare per te metipsum in libris auctorum & omnibus scientiis: & principaliter earum scientiarum quæ dicuntur artes. Et hec facies penitus: quando anima tua fuerit in quiete: & corpus tuum habuerit spacium: prætermissis negociis gentium aliquid a maiestate tua petentium: & eis respõdentium. Debes enim scire ꝙ duo sunt tempora homini uiuenti. s. tempus pacis & tempus guerræ: & ita duo sunt cibi: corporalis & spiritualis: Corporalis partium ad nutrimentum corporis. Spiritualis uero ad nutrimentum aīæ. Sciendo ꝙ sicut cibus corporalis conseruat corpus in bono statu: si sit factus ratione: & assumptus per mẽsuram ab animali: cui conuenit: & in tempore congruo: eo ꝙ non in omni tempore oīa cõueniũt. Ita cibus spiritualis retinet animã bono statu. si sit factus rõne & assumptus per debitã mensurã in tpe congruo utriusqꝫ ætatis uirtutis in hoīe. Scriptum est enim ꝙ sicut frigida calidis & calida frigidis temperanť. Ita cõtraria cõtrariis curanť: & medelã recipiunt ordinate. Similiter est utile inquirere diuersos auctores & magistros pp diuersas snīas. eo ꝙ diuersi diuersa sentiũt: & monent scientia uel ingenio gratioso naturæ: quod diffunditur desuper proficiens multum postea: & est origo scientiæ. Vnde ex meo consilio doctores magistros & homines ingeniosos naturaliter: curialiter apud te inuenies: & sæpe cum multis sermonem facies: coram eis sapienter ac domestice uerba pronuncians. Putabis in diuersis propter diuersa: & facies eis questiones quãdo tecũ erunt: & dicta eorum in corde seruabis: ut imposterum & tibi & cæteris prodesse possint. Nescis terra inculta & arida: quæ cum sit sterilis ab hominibus reprobatur. Manutene studium scientiarum in tuo regno: & fac fieri disputatiões ante conspectum tuum: & tuus animus in his glorietur: ut tuum ingenium in melius reformetur. Tuum studium scit uelle regnare diu. Et hoc erit si te dederis uirtutibus: uita uitando. Et de tali mortalitate aliquid dicemus: si deus uoluerit. Sed hic dicimus: ꝙ des cor tuum cognitioni: boni intellectus secundum discretionis mensuram. Sis amicus dei fide: spe: & opere. Nec obmittas amplecti



illam scientiam: quæ a philosophis phisionomia naturaliter nominatur. Et hæc scientia est illa inter cæteras: qua caute multi homines quōdam usi sunt gloriari & exaltari apud magnates scilicet imperatores q transierunt. Similiter apud multos reges & baronos. Et non quia adeo præcedant reliquos homines. Sed propter hanc scientiam & propter huiusmodi plurimas alias: quas secreto nouerunt. Vnde dictum est: honora hominem propter scientiam. Require notum amicum propter necessitatem. Apud enim quosdam melius est philosophari q̄ ditari & apud quosdam melius ditari q̄ philosophari: & apud quosdam utrunq; nocet. & apud quosdam neutrum debet requiri scilicet a facientibus ueram penitentiam in hac uita. Huius enim scientiæ inquisitio est pulcherrima in natura: cuius perfectio attribuitur phisionomoni: de numero antiquorum phisione: summo doctori in scientia naturali. Vnde quidem hæc scientia nomen traxit ab eo: studium cuius grande fuit diu & diu eam inuestigare ac etiam irreprehensibiliter congregare. Collecta est enim hæc scientia ex compositione hominis utriusq; sexus cum qualitate possibili modi status personæ uiuentis. Et ex hac scientia naturæ ingeniosæ quæ cognoui: tibi domine Imperator sub lucida breuitate in hoc libello penitus enarrabo. Dicit enim quidam sapiens Phisionomia est scientiæ naturæ: insinuatione cuius peritus in ea sufficienter agnoscit differentias animalium personarum in omni gradu sui. Et quia omnis scientia est a phisionomia: idcirco eam in hoc loco diffiniamus. Phisionomia est doctrina salutis: electio boni: & uitatio mali: compræhensio uirtutis & prætermissio uitiorum. hoc autem inducit uerus amor dei: timor diaboli: fides meritoria: spes præmii imperdibilis æternæ uitæ: & iudicium mortis: quia uidetur penitus q hic omnia relinquantur cæteris: quia tenentur. Et non ulli ualet scientia: nec potentia: nec congregatio personarum: nec gratia pulchritudinis: nec uoluntas. & omne bonum. Vnde dixit quidam. Omnia transibunt nos ibimus: ibitis: ibunt: Cari non cari conditione pari. Et alibi dictum est. Omnia transibunt præter amare deum. Constituo ergo o Federice imperator tibi ex hac scientia phisionomiæ regulas & constitntiones abbreuiatas: quas tibi pono satis sufficienter. Iugo quarum si te bene adieceris: dabit tibi magnum precium laudis ex multa sapientia & uirtute: crescet tibi etiam magnum & grande ingenium sapientiæ ad nobilitatem tuæ naturæ. quā sapientiam si mente habueris memorem: melius intelliges dicta loquentium tibi: cautius agnosces tuos sapientes & alios uisu & auditu: nec non & alios homines indifferenter: qui tecum

habebunt gratiam eloquendi: uel ante te aliquid faciendi quod non est parum. Et ex industria huius scientiæ in te secreto habebis grãdem partem consiliorum consulentium tibi: & exultationem uirtutum & uitiorum quasi ut semper secum habitauisses in factis ubiqꝫ. Sed anteq̃ hoc tibi recitem ordinate per singula capitula: uolo tibi enucleare historiam prioris substantiæ. quasi incipiens a fundamento primæ materiæ: quod potest esse tibi multum earum multiplici ratione: eo ꝙ pauci hoc sunt scientes in ueritate.

¶ Prima pars libri huius. Capitulum primum.



OBILIS Imperator uir gratiose quasi omnium gratiarum & donorum ex grandi amore tibi notifico sacratissimam scientiæ naturæ quæ potest appellari consolatio: & quæ nõ multum dicitur gentibus idiotis: nec etiam est dicenda. Sciendo ꝙ qui eam bene nouerit: & memorem in mente habuerit: quotienscunqꝫ casus incurret ipsamqꝫ exercitando si incipiat loqui de ipsa cũ altero: & ille hanc scientiam ignorauerit: uidebitur illi ꝙ ipse sit propheta uel sanctus. & hic postea reemẽdabit eũ ubiqꝫ dans ei studiose precium magnæ laudis. Amabitur a gentibus notis & ignotis: quæ audierint loqui de illo: & honorabitur inter eos. Et hoc nõ est parum uidelicet inter uniuersas gentes famam sapientiæ & scientiæ celebrem obtinere. Scias igitur ꝙ & motu superiori fit & motu inferiori: scilicet partim in genere: & partim in specie. & motus primos conceptionis ex utroqꝫ sexu est amor naturalis uiri in mulierem & mulieris in uirum in caloris uniti genitalibus. Sciendo ꝙ uir est agens: mulier uero patiens. unde ambo habent uim relatiui: cum in coitu sit mutua relatio. Eoqꝫ semen unius refertur alteri: & utrunqꝫ est antecedens alterius. Luxuria uiri primam radicem habet in lumbis & libido mulieris in umbilico. Vnde Iob Virtus eius in lumbis eius: & fortitudo eius in umbilico uentris eius. Iuxta illud dominus in euangelio. Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes in manibus uestris. Tempus enim congruum in uiro est in hieme & in uere ad coendum: mulieris in æstate & autumno. Istud autem est propter contrariam complexionem temporum & personæ. Complexio quorum nihil aliud est

quā caliditas cum frigiditate & humiditas cum siccitate. Item dicimus ꝙ neuter non posset agere cum delectu nisi haberent instrumenta ad hoc deputata tam intus quā extra. Vnde uir habet suos testes extra uentrem in pelle. Mulier uero intus uidelicet extra principiuum uuluæ. Tamen non sunt in omni similes testiculis uiri. Vnde mulier habet suum semen ex testibus uelut uir: & hoc monetur ad coitum ardentet. Semen uero testiculorum dicitur proprie sperma: quod descendit ex omni humore corporis diuisio & partito in omnibus membris essentiue: cuius est nobilior pars omnium humorum & subtilior. Et hoc semen in se continet omnem naturam & complexionem quarumlibet partium totius corporis: a qua descendit. Sciendum est ꝙ sperma uiri est calidus & fortius illo mulieris. In emissione uero spermatis utriusq; a natura superiori tribuitur omnis uirtutis effectus & uirtutis augmentalibus pro tempore decurrente. Et secundum cursum corporum superiorum sicut dispositionem corporum concipientium fœtus recipit simul & semel omnia & singula quæ postea discernuntur ordine temporum & naturæ. Quantitas autem embrionis fit secūdum q̄titatem seminis uirtuosi & matricis: quæ matrix si fuerit bona complexionis embrio uadit ad perfectum: & econtrario. Vnde si semen discurrat per matricem in longum fœtus erit longus & gracilis: & si in latum uel quasi rotundum erit curtus & grossus. Quid autem sit sperma sic di finitur: Sperma est primo materia embrionis creandi: ue sperma est ar tifex creandorum infantium: uel sperma est semen animalis sine spiritu & nobilioris sanguinis & purioris ad instar uini rubei: quod exagitatione conuertitur in sperma candidum. Et cum illa substantia sit nobilior parte remanēte ac leuior & uirtuosior: ideo superascendit. Et est sciendum ꝙ si de semine uiri plus fuerint q̄ femine fœtus erit illi similis in pelle & forte in sexu. Verbi gratia mulier quedam erat alba: & cum coiret cum æthyope peperit filiam albam. Alia mulier nigra coiuit cū uiro albo: & peperit filium nigrum: ut patet hoc toto tempore. Verum est ꝙ si mulier sit iuuenis: cum in coitu fit memor sui uel uiri uel alterius: & proprie cum semen diffundit generatiuum genitum erit omnino similis: & iam probatum est miles & in aīalibus. Cum uero sperma exit coitu est maxima delectatio in naturali corporali & spirituali ƒm q̄tita tem illius & testiculi de quo exit. Sciendum est ꝙ ex dextro maior ē dul cedo q̄ ex sinistro: & ex multo semine q̄ ex pauco: quia sperma diffunditur completa ætate per causam: ut unusquisq; manuteneat sibi uitam productius. Dicimus ꝙ cibi sunt quibus semen augmentatur in uasis; ut

rapæ:cicera:carnes recentes:galline:castrati:porci non saliti:oua sorbi lia:fabum fractum.cibus de pasta:panis recens nō calidus &c̄. Sunt etiam quibus cibi semen deficit absq; emissione:ut carnes salitæ:cibi acri & acerbi:panis siccus ut.xv.dierum & biscoctus &c̄. Item ciborum quidam inducunt luxuriam : ut scinchus:oua sorbilia:caseus dulcis : eruca sicca.uinum purum:ostraca saturitas conueniens ciborum:& quædam electuaria. Mouet autem luxuriam species decoris alterius corporis ad corpus sibi amore conueniens uisu & tactu. Verbi gratia Si uir bene uideat mulierem iuuenem & pulchram & econtra. Et per uerisimilem:ut si adolescens adornetur ad instar puellæ uel habeat faciem inclytam ut famella qua contingit fortis motus:ut patet in sodomitis. Sunt etiā quidam cibi quorum comestione castitas conseruatur:ut portulaca : lactuca:eruca uiridis:acetum cōpositum:cucurbita:cucumer:ieiunium:paucus cib⁹:portatio iaspidis & thopation:absentia corporis decorati ætate & adornatione. Vir habet uirtutem calamitæ ad mulierem : & mulier ad uirum:quæ uisu propinquo tactu ad inuicem coniunguntur:& sicut de chalybe & silice exit quandoq; scintilla. Ita de spermate exit quādoq; conceptio.& matrix est embrio:sicut olla ad coquēdum epulum: & lar ad frigatiam de pasta. Et sciendum est ꝙ raro accidit ꝙ exeat sperma ex utroq; testiculo uno coitu scilicet utriusq; agentis & patientis.& ob hoc una tantum fit conceptio uel creatio:quando conceditur desuper dono gratiæ nec aliter. Sed si ex duobus testiculis utriusq; coitum facientis sperma exierit & in duas partes matricis diffundatur : due fiūt creaturæ uel amplius ſm diffusionem per loca matricis. Vnde cū matrix cōstet ex septem cellulis siue crispaturis ut patet in uentriculis ouium & porcarum & cætera:mulier potest septem filios cōcipere & portare. Volens autem domine Imperator ꝙ omnia & singula cognoscas per te metipsum:quomodo embrio concipitur siue generetur ex utrisque coeuntibus in congruo tempore & coitu facto conuenienter : inquirentibus nobis aperte dicemus ſm ꝙ nobis per seriem uidebitur enarrare.

¶ De tempore coitus masculi & feminæ & de defectu ipsius.
Capitulum secundum.

PRincipium temporis coitus scilicet in quo sperma dulciter exit uel amare in masculo est post complementum annorum.xiiii. & deinceps usque ad annum.lxxvii.ad plus in femina uero post complementum. xii.annorum & deinceps usque ad.xl.annos uel.l.ad plus:& cum hoc spermatis exitu incipiunt pili paulatim oriri

in pectine unitas quorum dicitur femur. Similiter nascuntur in narib⁹
nasi:in maxillis masculis:sub assellis:& circa sexum deorsum:super bra
chia:manus:& crura:Sicut incipiunt oriri in tempore ueris frondes in
arboribus:& in herbis flores:& rami:unde porri corporis aperiuntur:
& producunt aliquid sui generis extra solitum. Item sibi uox mutatur.
Caput uirgæ masculi decooperitur:mãmæ feminæ incipiunt tumesce
re uterq; naturaliter se mouet ad coitum : ex magno delectu pariter in
naturalibus membris : nisi libido sæpe refrenetur per accidens : ut per
ieiunium & per asperam uitam ciborum. post autem spermatis emissio
nem utriq; mutant figuram principaliter in facie:& uirtutem in carne:
& consuetudinem in moribus : in cogitationibus:& ingenio. De coitu
dicimus q̄ si quis ipsum nimis frequenter:& etiam in diebus contrarii
temporis ei multa contingunt in contrarium:quæ quidem faciunt cor
pori ista quæ dicimus nunc. Nam coitus cõtinue factus totum corpus
infrigidat & desiccat ab humoribus:& talem actum sentit inconuenien
ter cerebrum capitis & oculi : quia cum cerebrum plenius liquidetur ut
glacies in sequenti die & proprie in mane oculi lachrymant.contingit
dolor capitis qui dicitur soda siue emigranea & proprie circa horã no
næ & deinceps.Diminuit etiam coitus incõuenienter factus uices om
nium membrorum:cum sit sperma colamentum ipsorum. Mocro cor
pore figura fit torpior in aspectu:uisus oculorum abbreuiatur:uita an
nihilatur:debilitatur spiratus:appetitus cibi perditur.Homo fit obliuio
sus faciendorum:& piger in eundo grauis:in moribus solitis simplici
or in ingenio grossus:in laborando uanus:in credendo alteri uelox.Ca
pilli sibi facile cadunt:& citius canescũt:& fit caluus in fronte & in sum
mitate capitis:facile infirmatur ab aere corrupto:Qui cum patitur non
bene memoratur temporis in quo coiuit nimis:uel contra documentũ
consiliorum coiuit naturæ. Et de istis omnibus satis patet per contra
rium ut in pueris uel puellis nondum corruptis:quoniam ad talia non
incurrunt:quia non canescunt:neq; caluescunt:imo capilli sibi crescũt:
ut herbæ in horto.Et hoc patet in triciis puellarum uirginum antequã
coeant quæ post multum coitũ pdunt capillos & colorẽ.Et tunc per ca
pillos & colorẽ ualde mirantur causam ꝓpriã ignorantes. Idem est de
uiris:quoniã bene per pendũt de casu capilloꝝ:& de dolore capitis:quẽ
emigraneã appellant.sed non cognoscunt q̄ frequẽs coitus nõ est in cõ
gruo tempore factus.Vnde sup hoc qdã dixit & bene:& memoriæ fir
miter tenendum est. Vere coire iuuat:hiemis quoq; tẽpore confert.Sa
nus in autumno si uis tu fore coito. Vnde qui a contrario tempore sibi
nõ custodierit nimio coitu & fleubothomia & cibis cõtrariis cõplexiõi

suæ secure aspectet ĩfirmitatem periculosam in breui tempore: nisi forte se adiuuet maxime medicinarum iuuamento. Tamē dicimus ꝙ qui nimis penetrauerit mulierem: lauet sibi nares & pulsus brachiorum & pedum bono uino & comedat bonos cibos: ut restauretur quod deperditum est de semine & de sanguine. Sūt autem molti qui sanitatem percipiunt ex usu ueneris: & quidam facile infirmantur. ualet. n. sanguinicis. nocet uero flegmaticis: colericis: & melancolicis. Et prodest ſm causam interuenientem & statum. Qui enim multum mingit sæpe recipit nocumentum per coitum eo ꝙ superfluitates corporis sufficienter nudantur per urinam qui si utatur coitu facile infirmatur & cito moritur. Verum est ꝙ quedam faciunt satis urinare. ut caro uolatilium: & omne diu retitium. ut petrosilium: crocus: cicera: rapæ: faseola: nuclei cerasorum &c̄. Sed si pinguis sanguinitate non utatur coitu & superfluitate seminis: ꝙ nimis implet uasa: solet infirmari: ut patet in damicellis: quæ nimis conseruantur in uirginitate. in uiduis. & religiosis mulieribus: & masculis.

De occasionibus generandi & non generandi & de menstruo mulierum. Capitulum tertium.

Dicit Aristoteles cessante causa cessat effectus. Vnde multæ sunt causæ generandi & non generandi. Causa enim generandi est primo uolūtas dei. Secunda causa est si status personarum fuerit bonus in sanitate: & congruus in usu regiminis ciborum & potuum: & ecōtrario. Vt uero mulier generet ista sunt principaliter prescienda scilicet ut matrix sit sana & in suo loco & non suffocata: & bonæ complexionis in caliditate: Sperma utriusq; sit diu reseruatum: & præcipue uiri ad hoc ut sit bene uiscosum & coctum sua digestiōe: Ambo coeuntes mittant semen: ut commisceantur: Virga sit longa: mulier iuuenis uel quæ non deficiat a menstruo: Matrix contineat sperma receptum ad minus per mediam diem: uitet mulier coitum hinc ad tres dies: ne addatur aliud semen: uel ne aperiatur orificium: nec mulier edat tunc cibum frigidæ naturæ: nec fleubothometur: nec recipiat frigus. & sic potest ualere coitus. fecit enim ad concipiendum unus coitus tantū: Quando mulier coit uolens grauidari debet stare cooperta cū uiro stricta: & tenere anum eleuatum: ut semen melius intret: & plicata in uno latere ſm ꝙ grauidari desiderat. facta grauidatione se diu custodiat. & sedeat in loco cum anno pedibus & renibus. De mentruo dicimus ꝙ si a cane comedatur purum fit rabidus: & si aspergatur herba uirens siccatur: infatuat hominem certa datione: & reddit leprosum. Menstruum est superfluitas ciborum quæ non bene digeretur defectu caloris natu-

ralis:unde est sperma imperfectum:& est ad cōcipiendum utile & necessarium:ut erat alumen in confectione tincturæ: & si de ipso in cellula quicquā non fuerit generatio nō ualet. Sed si de ipso nimis fuerat in loco compositionis:conceptus erit signatus in malum. Et si fiat generatio temporis sui decursus creatura erit male signata. ut gibbo & cætera: aut efficietur leprosa & cætera. Et si mulier sit memor alicuius cum semen diffundit cum uiro creatura assimiliabit illi in parte. Et ut eius memoria sit utilis:debet doceri a uiro: ꝙ nō recordatur tunc de tali uel de tali. Crescit menstruū & decrescit ꝭm lunam & mare in simili & ita sperma utriqꝫ sexui:unde potest eius augere:requirit exitum. Sciendū ꝙ mulier molto abundans menstruo pauco abundat spermate: & ideo nō curat de coitu:& econtrario.

¶ Signa mulieris calidæ naturæ:& q̄ coit libenter. Capitulū. IIII.

Signa autem calidæ molieris & quæ libenter coit sunt ista:iuuentus:completis annis duodecim:sit ad minus semel corrupta:mām̄as hn̄s paruas:& illas conuenienter plenas & duras:barbuta in locis consuetis & pilosa:ut in cruribus & pectine & assellis: Cuius pili sunt grossi & asperi:capilli crispi & curti:audax in lingua:in loquendo uox subtilis & alta:in animo superba:alteri crudelis & non bene pia:ualde curialis receptu & factione seruitii omnibꝰ personis:& ꝓcipue notis & amicis:boni coloris in facie:recta in hasta. macra in carne plus q̄ crassa:ebriosa. Talis enim mulier semper requirit coitum: & complet in actu suum desiderium:pauco abundat menstruo: & quandoqꝫ non est exitus eius omni mense ut cæteris. imo transit unus mensis & plus:ut duo uel tres:sed casu ingrauidatur:paucum habet hæc mulier lac: & est fortis grauida & non grauida. Caro eius non sic feret in sudando ut contrariæ mulieres: cantat libenter:circuit loca & delectatur solatiis & ornatibus suis:si ea potest habere.

¶ Signa mulieris frigidæ naturæ:& quæ non libenter coit.

Capitulum quintum.

Signa uero frigidæ mulieris & quæ non libenter coit sunt ista: nimia pueritia: mām̄æ grandes & propriæ molles: nuditas pilorum in locis quæ solent eis abundare:capilli longi multi & extensi cito crescentes:de facili pauida: in loquendo contra alterum non est audax:facile credit omnia quæ audit.& ideo cōuertitur cito ad bonum & ad malum est condolens alterius miseriæ ac pia. futuens raro desiderium cōplet carnes habet undiqꝫ molles: in flatu loquendo est debilis & omni membro personæ:multo abundat menstruo: & ei discurrit omni men

se ad instar maris per lunam:plus tendit ad pinguedinem q̄ ad macre-
dinem:in facie est pallida uel sine colore : cito ingrauidatur : & grauem
habet portatum plus & minus ſm uirtutem embrionis : post partum
multo lacte abundat.Signa autem grauidationis in muliere sunt ista &
multa:ut est transmutatio stomaci:cessatio menstrui &c . Ideo debilita-
tur & transmutatur in aliquo a statu priore.pro eo ꝙ meatus purgatio-
nis sunt impediti:& menstrua in uentre multiplicantur.Ad impregnan
dum ualet ante coniunctionem flubothomia pedum mundicies matri
cis:& similiter si se excuset de coitu loquela . & hoc facit sæpe ingenio-
se:ne uideatur esse impia:etiam propter uerecundiam citius impregna-
tur puella q̄ femina matura propter teneritatem suorum humorum :
quia facilius commiscentur : & conuertuntur in corruptionem : citius
exemplum est in plantis nouellis arborum:& mulier parua cum maio-
ri parit dolore q̄ magna : & debilis q̄ fortis : & frigida q̄ calida : & pin-
guis q̄ macra Forma autem pedum significat conditionem uuluæ la-
tæ & strictæ.ex qua fit partus.

Diuisio capituli. Capitulo.VI.

Voniam mulieres non habent in se tantum calorem innatum :
Q quo malos humores in eis abundantes ualeant desiccare : neq;
possunt pati tantum laborem neq; tam fortiter ut faciunt uiri :
ideo sunt eis debiliores in omni uirtute & opere:& maxime cum com-
plent suum coitum . Sciendum ꝙ natura ob hoc sibi tribuit quoddam
purgamentum:quod flos nominatur in uulgari: & menstruum in scri-
ptura.hunc autem humorem uirtus naturæ eiecit ab eis omni mense
a.xii . anno inantea usq; ad annoc . xl. uel.l . ad plus : nisi sint grauidæ
uel lactantes : aut eis causa interueniat q̄ stringatur : uel nisi natura-
liter sit quasi hermaphrodita : uel minus calidæ naturæ unde mulie-
res postquā sunt completæ ætatis mundantur per menstruum uel coi-
tum uel per sudorem ut rusticanæ . Vnde si quæ uiri sæpe uirge coe-
ant uel uirga sirici.ut quædam uiduæ & moniales & cætera fiunt ma-
cræ & in facie liuidæ.Sciendum ꝙ plus nocet eis una expeditio coitus
q̄ semptem uiro.sed si raro coeant uel non : & bene fluxum purgentur:
cito incrassantur:nisi seminis faciant laborare:uel ieiuniis : & ideo ali-
quantulum concupiscunt coitum causa caloris naturalis multiplicādo
semen.sed si bene uiuant cibis & potibus : & non grauiter fatigentur in
digentes coitu:ut uiduæ morbidæ & quædam monacæ & reclusæ.faci
le infirmantur.& efficiuntur liuidæ & reumaticæ:& miseræ uiuunt in
statu sui corporis hoc ignorantes:& de hoc medici non semp bene per
pendunt:& est magnus defectus in eis solo errore.Sed cum non sit sibi

iustum talia explorare consulere debent iuxta honestatem in comeden do uel abstinẽdo: & ꝙ parum comedant: uinum temperent. se multum fatigent. & non stent ociosæ: aut in oratione nimia: & eãt per loca hinc illuc: unde per hanc uiam cessant tentationes carnis & humoris superflui. Si uero mulier fluxum patiatur: & uir eam cognoscat. facile sibi uirga uiciatur: ut patet in adolescentulis qui hoc ignorantes uiciantur quãdoq; uirga quandoq; lepra. Et si mulier tunc conciat conceptus efficietur uiciosus defectu membri: ut digiti uel uirtute uisus &c. De flore mulieris est ut arboris: quoniam fructum non portat nisi prius florescat. Motus uero menstrui est ꝟm Lunam: Spermatis uero ꝟm Solem: & donec mulier abundet flore sic potest concipere sicut uir qui semine uirgam erectat: & sicut multis causis contingit fluxus fructus ab arbore: ita potest constrictura. Vnde pro utraq; causa solet mulier grauiter infirmari. & ideo ualet exitus sanguis de naso & de uulua &c. Dicit enim Hipocras ꝙ mulier non potest concipere propter nimiam gracilitatem & macredinem & propter nimiam pinguedinem. Causa est quia ex utroq; casu os matricis est strictum: strictura cuius semen non intrat repente. Constantinus uult ꝙ mulier habens uuluam nimis paruam quæ cognoscitur forma pedum non coeat. ne partu pareat impregnata. Sed quia sunt quedam mulieres sanitatem percipientes frequenti coitu: ut quidam uiri dicimus ꝙ omnino coeant licite: aut portent secum iaspidem uel thopation &c. uel uitam faciant regularem. De embrione dicimus ꝙ est similis fructu qui adhuc pendet in arbore: quoniam dũ est tenet in ramo cadit leui occasione & perditur: sed quando plus crescit firmior efficitur obstans uiciis: quibus cadat. cum autem est naturatus ut pirum & ficus cadit & ita est de embrione creato: quia donec non est bene ligatus: in locho suæ sedis facile cadit siue per saltum siue per ballum &c. Vnde circa principium sui ortus & circa finem suæ natiuitatis facile cadit: in medio uero horum duorum temporum non ita leuiter cadit. Tempus uero periculi est primus mensis secundus septimus octauus nonus De primo mense dicimus propter teneritatem nouitatis: & de secundis propter natiuitatem. Hipocras dixit quod femina pregnans ante mensem octauum nec post septimum fleubothometur: sed mense quinto & sexto secure si ei sit necessaria: uerum est ꝙ cum timore fieudnm est & paucus sanguis debet extrahi: & tutius est se abstinere. Homo non debet dicere studiose coram pregnante & precipue puella. xx. annorum aliqua quæ ipsa cupiat ardenter: nec eis ualeat habere. Cũ iam multe mulieres perdiderint embrionem. Et sciendum ꝙ est appetitus eius transfertur in embrionem. Et ideo pro utroq; tacendum est.

Si uero mulier grauida omnino gliscit comedere cretam uel carbonē &c. ne sibi sit periculum edat modicum. pro medecina utatur citeribus assatis fabis &c. Cum uero pregnans appropinquauerit partui: & timeat causa motus dolorum utatur balneis: & ungat se oleo oliuæ: & pedes oleo rosato si inflauerit eos uel aceto acqua debilitato. Hæ fatuæ uoluntates ut carbonis calcinæ &c plus contingunt in prima grauidatione & secunda q̄ postea. Si pregnans quandoq; perdat sanguine ore uel naso uel desubtus signum est ꝙ fœtus est nimis debilis & in periculo cum non possit recipere solitum nutrimentum quāuis humores sint multiplicati in uentre pregnantis. Et cum fluxus contingat ex frigiditate: sibi subueniendum est cibis calidis & siccis natura in primo gradu uel in secundo: aut cibis calidæ & humidæ naturæ: ut zinzibere: cumino: carnibus recentibus: ut gallinarum: iure petrofiliorum lacte amigdolarum: ouis sorbilibus: ciceribus fractis: odoribus musci & thuris & huiusmodi. Prægnantium quædam facile parturiunt: ut bene sanæ. & habentes os uuluæ latum. matricem magnam: & quæ plus sunt macræ q̄ crassæ. Grauiter uero parturiunt multum puellæ infirmæ: crassæ: & debiles habentes os uuluæ strictum.

¶ Secunda diuisio capituli.

Capitulo. VII.

ITem dicimus de coitu uirtuoso & de generatione creaturæ ꝙ uir non debet coisse recenter neq; mulier spacio octo dierum. Sciendum est ꝙ quanto magis sperma utriusq; fuerit seruatum tanto & productum & si idem sperma ex bonis cibis fuerit generatum tanto magis erit digestum & uiscosum ac uirtute plenum. In concipiendo uero mulier non debet esse plena floribus neq; omnino uacua: sed nouiter mundata: ita ꝙ matrix sit aliquantulum munda. Et quoniam uir effundit semen & ipsa suum: ut ambo semina misceantur. & cum peruenerit ad punctum exitus annum teneat eleuatum suo posse procedendo studiose uersus illam partem cuius generationis gliscit concipere: memorando alicuius furmosi: & semen bene discurrat in cellulam matricis per longum: ut embrio recipiat formam laudabilis longitudinis. Completo menstruo oportet ut mulier confestim iaceat super illud latus: in quo receperit semen: & multum repauset: nec uuluam abstergat intrinsecus: nec motum sui faciat: nec urinam effundat: nec se eleuet de lecto ea die fingens se dolore caput & cete. Vel ad minus in eo latere dormiat tres horis: & si non poterit dormire: sic iaceat calida. quando autem de lecto surgere uoluerit plane se moueat: & suauiter uadat: & omnia faciat a cursu in ea die se abstineat a saltu ab-

alio coitu:a quassatiõe:a multo cibo & potu. Cibus eius sit sanus & bonus & bene coctus : post prandium dormiat aliquantulum stans cooperta : ut sit calida : nec possit recipere frigus : nec se permittat cognoscere a uiro per septem dies uel amplius : ne cella reseretur. In latere dextro dicimus ꝙ masculus concipitur. & in sinistro femina : ut quidam uolunt. nos uero dicimus ꝙ latus non facit ex toto sed semen testiculi : quia de dextro exit masculus : & de sinistro femina uerum est ꝙ complexio lateris proficit generationi : & cum semen exit de testiculo dextro sentitur maior dulcedo q̃ de sinistro : & ꝙ prædicta sint uera iam probatum est milies: qui habebant tantum unum testiculum: quoniam illi qui habent testiculum dextrum concipiunt masculos : & habentes sinistrum concipiunt feminas. Sciendum ꝙ in hora effusionis est totum iudicium constellationis concepti licet sit occultum astrologo. Vnde mulier debet notare mensem diem : & horam bono arbitrio quando coit coitu generationis : & tunc esset iudicium facile. Generale est ꝙ conceptus non cessat ex toto a prole. Vnde dixit Pamphillus. Sæpe solet filius similis esse patri idest proprio semini. Et alius dixit fructibus ipsa sui quæ sit dignoscitur arbor. In super dicimus ꝙ sicut est impossibile ꝙ homo unum pedem teneat in terra : & alium in cælo: ita impossibile est ꝙ puer natus sit similis suo genitori omnino figura corporali uel moribus. Si quis uero his duobus careat ens magis uel minus : omnino non est generatus ab eo qui nutrit & tenet pro filio q̃q̃ cognouerit matrem. Nam de uno puteo multi possunt aquam haurire. Qui uero posuit semen in conceptu illum plus amat. & ille plus sibi similiatur tempore discretionis. Et est regula generalis ꝙ filii quodammodo plus marcizant q̃ patrizant. Vnde regula generali est ꝙ quanto plus uterq; se abstinet a coitu tanto citius generat postea coiens : ut patet in illis : qui se diu : seruauerunt : quia uir ueniens ad uxorem citu eam grauidat. Et est notandum ꝙ si semen sit multum : & intret in omnes cellulas matricis : & ibi debito conseruetur septem filii generantur : & septimus est hermaphodita scilicet qui in medio generatur. & plus septem non speret habere in uno partu.

¶ Tertia diuisio capituli. Forma mulieris in matrice.
Capitulum octauum & nonum.

SCiendum est item ꝙ in primis sex diebus post coitum genere tãtum semine diffuso in loco ualitudinis matricis: cuius hæc est forma ſm dispositionem diuinæ potentia fit tanq̃ lac coagulatum

siue butirum:postea in tribus diebus sequentibus remouetur a qualitate prefacti lactis:& fit tanquam sanguis.in sex diebus sequentibus ille sanguis coagulatur:& durescit multum:& fit paruæ quantitatis:ut perla rotunda:postea in.xii diebus sequentibus formantur membra principalia:quæ sunt quattuor scilicet cor cerebrum epar & testiculi postea in tribus diebus cætera membra generantur : & generata discernuntur in tota massa.postea in sex diebus sequentibus caput distinguitur a spatulis formans faciem super genua:& cor & epar & testiculi cum suis propinquitatibas:secernunt postea in quattuor diebus sequentibus : quæq; membra totius corporis suam habent perfectionem coniunctim & separatim:ut natura requirit. Et sic tota creatura in tempore diffinito dierum suam habet essentiam:quam ad perfectionem sui debet habere:cōfestim uitam perpetuam recipiens idest animam uiuentem de o creatori similem.Et hoc totum patet ex uiro per hæc tria metra.

Tres in lacte dies tres sunt in sanguine trini:
Bisseni carnem:terseni membra figurant:
Post quadraginta dies uitam capit hic animamq;:

Cum predictum germen si se habeat : est paruissimum plus formica & puncto quod est in massa de qua infinite concreantur:ut oua cancrulorum maris. De concreatione feminæ ita dicimus:q; ipsa perficitur in.lxx.diebus ad plus : & in.lxv.ad minus:unde corpore p̄fato eiusdem datur ei anima rationalis a deo suo creatore:cui est tota similis : & quæ non est antiqua sed noua:ut probatur per Augustinum:unde sicut corpus est nouiter creatum & anima est nouiter creata : & in humano corpore locatur.tamen in alio nunquam. Dat enim deus animam nouam & liberam corpori nouo tanquam pater suo filio tabulam nouam politam & immaculatam:ut cum ea addiscat & super eam doctrinam exemplo unius magistri uel multorum.habeat etiam dictus puer potestatem faciendi de tabula quicquid uoluerit boni & mali idest tenendi mundā & maculandi & lauandi:quod tempus ei durat donec addicerit:& nolēdo addiscere sibi auferatur a patre.Ita est de anima nouiter data corpori nouo:quia est quodammodo in potestate ipsius & cura : obligata est corpori nouo : cum qua & per quam idem corpus potest mereri laudē bene operandi:quo expectat benedictionem æterni patris & beniuolētiam angelorum &c̄.Similiter potest mereri uituperium male operandi:quo expectat maledictionem æterni patris & maliuolentiam angelorum & sanctorum &c̄. Vnde a deo repellitur quodammodo furoris ira cadens in manus inimicorum sui : qui sunt prædatores animarum fallentium & non obseruantium mandata solius dei. Si quæratur

cur infans plene non loquitur & non uadit q̄ cito est natus ut postea tē
pore procedente:cū anima sit perfecta in corpore: respōdemus ꝙ duæ
sunt causæ:prima est originale peccatum Adæ:secunda est culpa corpo
ris & non eiusdem animæ:cum corpus non sit perfectum nisi ꝑm tem
pus:& non ꝑm naturam.unde crescente corpore anima uiua se uirtuti
bus manifestat.De proprietate autem animæ satis prædictū est in pro
prio libro circa principiū quartæ distinctionis cap.animo animas.

¶ De notitia natiuitatis puerorum:scilicet quando pueri nati euadunt & quando non. Capitulum decimum.

DE natiuitate infantium dicimus ꝙ postquam sunt concepti aut
nascuntur uiui aut moriuntur antequam nascantur uel nascen
do:unde in natiuitate multa scitur operatio inesse propter ope
rationem planetarum:dispositione quorum inferiora multipli
citer disponuntur. Et ob hoc dicimus:cum luna in septimo mense mul
tum humectet duriciem humorum:quæ tenet quēlibet embrionem in
uentre mulieris facta teneritate illi humores descendunt inferius.ut su
perius exit sex illorum qui steterunt in matrice per os uuluæ aut cū em
brione uel potest exitum:quod totū fit operatione lunæ quæ regit om
nem hominem & feminam.Quare operante luna in artificiosa natura:
fœtus exit solicite de renibus perueniens ad lucem temporalitatis:un
de dicimus ꝙ si quis nascatur ante septimum mensem penitus non eua
dit eo ꝙ omnes planetæ nō sunt operati suam proprietatem iuxta cur
sum lunæ. Sed ut ratio singulorum plenius habeatur dicimus de uno
quoqꝫ mense:ut infra patebit.Si nascatur in primo mense nihil exit nisi
humor commixtus multa uarietate congelationis quibusdam filis eo
quod tunc regnat saturnus.quo coagulatur totum quod ex luna fuit li
quidum. Si nascatur in secundo mense sanguis frustatum exit eo quod
tunc Iuppiter regnat & dominatur:operatione cuius humor aquæus iā
conuersus erat in sanguinem & in multa membra licet non sint sic for
tia quod tota creatura possit haberi solida.Si nascatur in tertio mēse ra
ro ꝙ nascatur uiuus propter sui teneritatem cū ex facili laceretur in uē
tre:nec habeat iuuamen sui licet habeat uitam. Suffocatur etiam nimio
calore pro eo quod in eo mēse dominatur ei mars:unde est paruus can
crulus.Si nascatur in quarto mēse inexit uiuus:& si uiuus statim morie
tur propter sui teneritatem & nimium calorem solis qui tunc regnat il
li.Si nascatur in quinto mense licet uiuus quādoqꝫ exeat nō euadit pro
pter dominum ueneris qui est planeta in genere feminino & in uirtute
debilis.Si nascatur in sexto mense non euadit propter diminum mercu
rii qui est planeta communis uirtutis:unde cum separetur a uentre:& fit

In coniunctione cum luna quae est deterior eo nõ potest euadere. Si na scatur in septimo mese bene euadit & potest euadere ꝑpter dominiũ lunae: cũ per eius regimen sit ordo officiorum a planetis cõpletis in tali creatura. Cõpleto quidem ordine operationis. vii. planetarum: quae fit in fine. vii. mensis aut embrio nascitur & eurdit: aut si non nascitur ꝑdicti planetae incipiunt regnare in creatura ordine ꝑtaxato. Sciẽdum est ꝙ sicut in primo mense regnat Saturnus in genere &c̃. in octauo mense iterum regnat &c̃. Si nascatur in octauo mense natus non euadit licet nascatur uiuus cõgrue fortis: & hoc est propter dominium. Saturni qui tunc regna & qui sua frigiditate infrigidat eum: & claudit nõ ualentem surgere in animam. unde non uiuit ultra diem octauum. Si nascatur in nono mense bene euadit ſm cursum naturae: eo ꝙ tunc regnat Iuppiter qui est planeta pius & bonae complexionis. Si nascatur in decimo men se bene euadit: quia tunc regnat mars: & ex suo calore complexionem eius confirmat in melius: cum inueniat creaturam bene completam & determinatam. Item nondum est ꝙ propter illud menstruum quod mi scetur cum diffuso semine conceptionis in cellula matricis oportet de necessitate quod quilibet homo natus tempestiue aut tarde habeat quat tuor passiones ineuitabiles. s. uariolas: sturolas: fersas & scabiem humidã uel siccam. Et sciendum est ꝙ menstruum est ita necessarium ad concipiendum uelut alumen tincturae. ꝙ nisi sit aliquid de illo in cellula ubi fit conceptio generatio non ualet. unde si creatura nascatur & diu uiuat naturaliter purgatur ab illa immunditia. Sciendum est ꝙ si erat fluxus quando erat facta conceptio & de menstruo nimis in cellula: creatura concipitur uiciata in plus aut minus: & tunc uir se debet abstinere a coi tu: & mulier debet ei resistere cum sagacitate cursus autem huius menstrui est quando luna est media siue rotunda: & iste fluxus quandoq; per seuerat uno die: quandoq; duobus: quandoq; tribus uel quinq;. ſm cursum lunae & conditionis quantitatis uitiorum humorum. Et sciendum ꝙ iudei naturaliter patiunt̃ fluxum sanguinis per uirgam ſm lunã quibusdam guttis ut mulieres. De menstruo possunt fieri multa maleficia & de spermate & de capillis pilis & sanguine & uestigiis pedum in puluere & limo. Item sciendum est ꝙ si de mẽstruo satis fuerit in cõceptione. ipa creatura in sua uita satis habebit de ꝑdictis quattuor passionib⁹: & econtrario. Sciendum ꝙ unaquaeq; passio illarum est purgamentum humorum illorum: quibus effectum habuit materia primitiua: unde uariolae sicut & scurolae &c̃. significant purgamentum sui electi. Sciendũ est ꝙ donec infans est in uentre matris uiuit de menstruo. s. se pascit de illo: nec recepit suum alimentum per os suum sed per umbilicum. Vnde ista est causa quia menstruum non discurrit omni mense solito: quia efficitur cibus embrioni: & habet decursum in stercus genitricis. Et hoc

sufficiēter apparet per mulierem lactantem & per puerum nascentem: quia mulier lactans non patitur menstruum nisi per causam:īmo menstruum conuertitur in lac:& quandoqꝫ inciditur in ligamen infantis ab umbilico quandoqꝫ reperitur in eo cibus:quem mater eo die comedit. Nato infante naturaliter nutritur lacte:donec est fortior & manente uirgine in tactu pirule:nasi dignoscitur:quia cartilago est solida:& cū est semen corruptus ei sentitur partibus.

¶ De modo nascentis infantis & de uentre matris eius.

Capitulum. XI.



E exitu infantis ita dicimus ꝙ uterqꝫ exit foras per os uuluæ.tamen prius cū capite si sit bene sanus.Sciendū est ꝙ masculus nascitur supinus:& si aliqua uice teneatur in aque balnei & moriatur moritur ore inferius.& femina nascitur nō supina sed cū ore inferius.& si aliqua uice moriatur in aqua moritur ore supina. Nascit̄ enim prius cū capite quilibet:eo ꝙ est sibi quidā ītroitus ad uitā tēporalē.ut uideat mundū & eū cognoscat miseriis plenum: & suū defectum:& ꝙ per se nihil potest facere.& cum est mortuus naturaliter portatur cum pedibus ante ad fossam in signum sui exitus:& sicut per caput mundum intrauit ita per pedes extrahitur suum finem uidens. Sed si aliter nascatur:ut prius exeat pes uel manus &c̄ uix euadit; & potius moritur subito q̄ euadit:& mater eius dolores & mortis pericula patitur.Sed si infans uersetur in uentre:raro cōtingit ꝙ mulier euadat de illo partu quin moriatur.Et ob hoc tutum est habere bonam obstetricem quæ per suā scientiam sciat succurrere mulieri parturienti cū tanto periculo.Nascitur uir cum facie uersus terram:eo ꝙ prior fuit nocens:q̄ cito exiuit de manu dei:uir natus uoce clamat Oa femina uero. Oe.quasi masculis dicat o Adam quare peccasti quia pro te patior miseriam infinitam:& femina dicat in suo lamentabili cantu o Eua q̄re peccasti.nā tuo peccato sum passura miserabilem uitam in hoc mundo. Si autē uis scire qūo infans possit exire de utero genitricis : cum sit grādis differentia inter creaturam & ianuā de qua exit : dicimus aspice lapidē qui uno ictu oculi cum proiicit̄ in aquā fontis uel fluminis &c̄.exit ab ea qm̄ uisione oculorū comprehendi nō pōt apitio aquæ neqꝫ clausura & sic ꝑpter lapidē ipsa aqua nō aliter mouet̄ de suo loco siue statu ꝙ simile est etiā de coagulatione salis & de exitu graminis herbæ:cuiꝰ effectus neq̄d finaliter cōprehēdi. Itē dicimus ꝙ īfans si nascit̄ rōnabiliter eū consequi debet secundina.i.illa pellis in qua stetit īuolutus ueluti manet uitellum oui in pellicula tenuissima causa cuiꝰ nō dispargitur.& tñ est in testa. Hæc aūt secūdina cū est multū grossa nō facile partu dirumpitur.& ideo infans dicit̄ natus ueste.Sed cū est subtilis penitus lacerat̄:

& cruore tegitur. Sciendum est ꝙ si infante nato mulier bene purgetur premanet sana: & ecōtrario: nec est mulier aptior ad impregnandum q̄ post purgationem partus: q̄ q̄ cito fluxu purgata leuat se de lecto. & potest ire per domum. Solet enim purgari hinc ad. v. uel. vii. aut. ix. dies ad plus: & donec non est purgata doloribus affligitur. Sed si ultra. ix. diem differtur purgatio in periculo cadit ægritudinis: qua male grauatur: & cito incurrit ad mortem. Vnde debet bonis cibis refici: & calida teneri: ne frigus recipiat: quo mater solet suffocari & malignari. Valēt sibi stufæ: quia faciunt cessare dolores: & humores citius desicantur. Purgamētum uero parturientis occultatur uiris & pueris: ne sit eis horror: qa sanguis est. Vnde ab obstertice absconditur in latenti loco domus: ut sub pede scalarum uel post hostium ī obscuro. Si enim sciretur a uiris quid turpium femina gerit eam taliter haberent fastidio ꝙ eam tangere nollent: & generatio filiorum sæpe cessaret. Item si parturiens nō bene purgatur illud quod tunc remanet induréscit ad instar frusti carnis. s. de die in diem quo frustro mulier se credit non diu ingrauidatam: cum habeat in se conditi omnes impregnationes appetitu & uentris conflatione donec ueniat ad terminum partus præsto lati. & cum recipiat quasi omnia signa partus afflictione tamen nihil parit: & tunc patet ægritudo nisi sibi succuratur beneficio utilis medicinæ. Si queratur cur mulier non est barbuta sicut uir: dicimus: & cum utriusq; cibis & potibus naturaliter abundet multis humoribus natura eos depellit hoc modo: quoniam in muliere consumitur incremento capillorum & fluxu menstruorum. Et in uiro per augmentum capillorum & barbe. Vnde illi humores qui conuertuntur in menstruum efficiuntur pili barbæ in uiro: & econtrario. Sciendum est ꝙ pili mulieris sunt frigidi & humidi: & ideo suo pondere non possunt plus ascendere q̄ ad mammas in quibus conuertuntur male. Capilli uero uiri sunt calidi & sicci: & ideo eorum leuitate ascendunt per quosdam meatus usq; ad fauces: & ibi exeunt fauces porrosas siue porros: ut fumus de foraminibus camini.

¶ De rebus quæ nocent embrioni & mulieri grauidæ.

Capitulum. XII:

Multa sunt que nocent embrioni & non genitrici: & econuerso & quædam utriq;. Vnde uolentes hoc pandere documentum dicimus ꝙ herba papauer & eius semen nocet utriq;. Causa est quia inducunt somnum utriq;. Et herba tingit pellem embrionis: macula: cuius nunq̄ recedit. Sciendum ꝙ pauper & rosula candida faciunt maculam candidam: & rubea rubeam. unde pregnans in cibo non utatur: ne infans sit somnolentus uel maculatus. Caro leporis & leonis nocent multum embrioni. quia ille semp apertis oculis dormit & hic similiter acetum nocet: & sulzus. i. nerui pedum boū: & lac. & cucumer: eo ꝙ

nimiam inducunt frigiditatem:unde portat utriq; piculum.Cuminum & zafranũ nocent embrioni:& suam tingũt pelle in palidũ colorẽ. Cepe:allea:lactucæ & anetũ nocent embrioni: qa ex eis perdit uisum Mel & aleum.i.radix magna in cortice nocent embrionis:quia uiciatur con iunctione digitorum manus &c.Tarde nascũtur dentes:& eos cito per dit.Basiliscum absinthium sal & piper nocent embrioni:quia ex eis erit carne siccus:& efficit̃ leprosus nimio calore:& habebit breues ungues. Vinum purum ei nocet propter epilensiam:Caro porcæ ouis & angui læ propter guttas in medullis ossium & bauas in ore. Caro salita & caseus rusticus & suffrictus ei nocent:quia ex eis fit siccus in carne.Et glu tho isopus caruca carica pignolum ossa in uino non multum potente iuuant embrionem & matricem:quia reddunt pinguem & in facie colo rẽ.saliua menta feniculum petrosilium ualent utriq;:quia generant bonum flatum:Saturegia pulegium & borago interficiunt embrionem. Fumus candelle extinctæ & lucernæ.subtellarium sulphuris & argenti uiui interficiũt embrionem:& nocent celebro mulieris.Cum uerò embrio se mouet habens capillos p̃stat ex illis dolorem mulieri in uentre seu puncturas.Item sciendum est q̄ ſm omnium humorum q̃titatem tam temporis q̃ personæ coeuntis fit conceptio complexionatas ut ait Galienus in microtegni.

❡De conditione lactis & lactãtis & de infante lactẽte Capitu.XIII.

DIctum est supra q̄ menstruum certa est conditione conuertitur in lac habens terminũ sui ascensus in mammas pectoris & exitum per porros capillorum. Quæ uero multiplicant lac & obseruant præter partum sunt multa.sicut potus aquæ frigidæ:ut patet ĩ pauperculis mulieribus:brodium epuli herbarum:& cibi pastæ: laganearum:puluis cristalli:semen fenugræci:anisi aneti:& dormire:& continuatio lactationis:carnes recentes:uinum bene limphatum &c.Similiter sunt q̃dam lac desiccantia:sicut uinum purum fortis potentiæ: nimia uigilatio noctis:participiatio in cibo & potu cum alia lactante: piperatum forte:rosmarinus sal caro salita:panis siccus: caseus:impregnatio:nimia tristitia:acetum &c.Sciendũ est q̄ lac est melius & peius ſm naturam eorum quibus generatur. Verbi gratia nutribilius est ex brodio cibi pastæ q̃ ex aqua pura &c. Lac mulieris nigræ & brunæ est melius semper illo mulieris albæ & rubeæ:nec est lac utilius infancti lacte suæ genitricis:& infans citius crescit & melius informatur cibis bonis q̃ malis & naturaliter imitatur uestigia mortalitatis lactantis:ut patet per illum qui diu nutritus est lactæ porcæ: & per illum qui dudum lactauit capram &c.quoniam prior libenter intrabat uestitus in limum & comedebat ut porcus:Alter ibat satim & libenter corrodebat plãtas. Ille qui diu lactauit nutricem fistulosam fuit etiam in cõsimili parte sui

fistulosus. Lac pregnantis est quasi uirus infanti: cum faciat eum cito inflatum uel senectam intrare. Vnde bene cauendum est cui nutrici detur infans ad lactandum propter tanta pericula quæ occurrunt.

De dispositione filiorum ad parentes & econuerso: & de lactato ad nutricem non propriam matrem.

Capitulum. XIIII.

Quia nascentium quidã studio malignantur:& si naturaliter sint maligni studio in bonum reformant̃ per causam. uolumus de singulis aliqua per tractare. Vnde est quod quidam semel nascitur:ut homo & bos qdam bis ut auis & maior pars pisciũ & quidam ter ut multiplex genus auuloꝝ:uelut apes & papiliones. Pullus uero bis nascitur.s.primo ouum:postea pullus &c. Itẽ animalium quædam generantur coitu:ut homo & bos. & q̃dam sine coitu: ut anguilla cancer:scorpio &c. Musca uero & rana coeunt sed nihil gignunt. Itẽ nascentiam omnium quidam nascitur uiuus:& uiuit ut homo & bos qdã mortuus ut ursus. quidã in frustum carnis:ut leo. qdam cæcus:ut canis. qdam potens ut qualia & maior pars aĩalium & qdam impotẽs:ut hõ. Sciendũ est quod sanguis canũ & infantũ a bimatu & infra absq; dubio liberat lepram p balneũ aquæ calidæ factũ. De amore uero nutrimentis ad nutritũ & nutriti ad nutricem ita dicimus ꝙ infans q nutrit̃ in ꝓpria domo & prĩcipaliter a matre plus amatur a parẽtibus:& ipse plus amat eos:q̃ qui nutritur extra domum uel ab extranea nutrice: Quid facit hoc lac labor & usus. unde qui bene nutritur ĩ domo & a matre plus matrem diligit omni tempore. sed qui extra domum nutritur diu reductus in domum est quasi extraneus respectu alterius: tamen plus & minus ſm locum propinquum & longinquum. Et super hoc dixit qdam & bene. Qui ꝓcul est oculis ꝓcul est a lumine cordis. Cur parentes plus amẽt filium q̃ filius parẽtes. Respondeo qa filius est caro & sanguis parentum: sed non econuerso. unde illi habent pignus in eo:& non ipse in eis. Cur genitrix plus ardenter diligit filium q̃ pater & condolet illius passione ei reddens facta offensa. Respondeo qa in eo plus hẽt carnẽ & sanguinem: plus & diutius conseruauit societatẽ & amicitiam cum eo portatiõe in uẽtre & extra ac nutritione lactis &c. Cur pater plus amat filium q̃ mater. Respondeo quia semen uiri plus fuit in eo:& eidem patri est similior q̃ matri. Cur pater & mater nõ tam firmiter seruãt guerram filio & diu sicut filius facit contra eos: respondeo quia eoꝝ est caro & sanguis:& non e conuerso. Vnde cũ diu sint usi illo usu & tractatu & nutrimento sui laboris & in tantum commodatum ideo contingit. Cur parẽtes amẽt plus primum q̃ cæteros. Respondeo qa nouus est:& nisi esset naturale ꝙ parui sic amarentur: multi perirent. Cur coniugales plus ament unicũ filiũ q̃ qñ habent plures: rñdeo quia suum pignus

habent in eo:& cum in eo non habeant amplius eo ideo cõtingit. Cur auus & auia plus cæteris propinquis sic diligunt nepotes:respondeo qa ipsi sunt radices germinis huius:unde uident recuperatum & renouatũ quod perditum erat & antiquatum. Cur quidam coniugales ita se diligunt ardenter cum sint de extraneo sanguine:respondeo quia in complexione sunt similes:ut ambo sanguinei &c.uel quia se in bona dispositione coniunxerunt. Cur quidam coniugales se semper habeant odio licet ad inuicem commorentur.respondeo quia in complexione naturæ sunt nimis dissimiles:ut unus sanguineus:alter colericus:uel se iunxerũt in mala dispositione planetarum:uel maleficio herbarũ sunt ligati. Cur fratres carnales ita se diligunt licet habeant odio aliqua offensa : & siqs alterum eorum offendat coram reliquo. Ille sucurrit sibi repente:respõdeo quia sunt membra unius sanguinis & una caro licet separata: Id iudicium est in sororibus. Cur propinqui prole plus se diligunt inuicem q̃ extranei quãuis morentur disperse : respondeo quia uirtus sanguinis non diuiditur:ut patet de frustris carnis unius animalis:quoniam ubiq; est eiusdem uirtus. Cur sanguinei ab inuicem extraneantur : respondeo quia cessauit usus uidendi uel offensio interuẽit. Cur uicinus unus plus amat uicinum q̃ longinquum cum ambo non sint de una prole:respondeo:quia sanguis est affinis unius ad alium:& propter usum se uidendi & forte seruiendi. Nam sanguis habet uim uultui. Cur duo socii sic se diligunt:respondeo quia uiuũt uno amore uirtutis:quia uterq; uult idem. Id iudicium est de compatribus & de artificibus unius artis. Cur christianus non bene amat Saracenum & econuerso:licet utantur ad inuicem & sibi seruiant:respondeo quia discordes sunt in uirtute fidei:quæ est maior quam alterius antecedentis. Cur homo plus amat canem quã porcum & gattam quã leporem & bouem quã mulum & equum quam asinum. Et ita de cæteris.respondeo quia quem ex his amat est ei plus affinis in bona uirtute usus & seruitii. Cur amat homo plus amat bestiam quam lignum uel lapidem:respondeo quia cum eo homo habet affinitatem propter uitam animalem; Cur homo plus amat lignum quã lapidem:& terram quam aquam : & ignem quam aerem. Respondeo quia magis recipit utilitatem uisibiliter de prædictis quæ plus amat. Cur pueri plus cito ad inuicem congregantur & libentius commorantur quãuis sint diuersæ prolis. Et ita de senibus & de masculis &c. Et de auibus cum auibus:& non cæteris animalibus terræ & econuerso respõdeo quia uirtus ætatis in similitudine uincit eos sic facere : unde dictum est omne simile appetit suum simile. Cur frater non sic inamoratur in sorore quæ est pulchra & delectabilis sicut in aliena respondeo quia soror est eadem caro & idem sanguis ut probatur de manu ad manum solo tactu:quia de tactu proprie manus nõ capitur delectatio seu

uoluntas : & ita est de sorore & de omnibus de proletum plus & minus sm uicinitatem lineæ & sensum discretionis:

¶ Signa mulieris grauidæ.

Capitulum. XV.

SIgna mulieris grauidæ sunt multa:ĩter quæ aliqua dicemus hoc loco. Vnde sciendum est q mulier quando est facta prægnans nõ in ea die nisi psumptione coitus facti:sed antequam sit unus mensis completus satis potest dignosci ab ea & ab altero:qa quã doq stomacus mulieris eiusdem transmutatur in aliud præter solitum. Corpus etiam quandoq transmutatur a statu in statũ:ut a tecto in curuum:& a sano in non sanum gutta uel calore &c̃. Nam quandoq mulier in uoce fit rauca : quaudoq inflatur suum crus uel coxa & quandoq transmutatur a solitis moribus ut si solita erat esse humilis efficitur superba &c̃. Item dimidio lunæ non patitur menstruum nec in toto tempore grauidationis nisi sit ex magno accidente. Quod si sic contingat aut floribus abundat uel embrio patitur infirmitatem. Et cum istud cõtingit ipsa mulier credit perdere fœtum uerum est quod bene est in periculo moriendi. Oculi pgnantis diminuuntur idest pgnantis oculi cõcauantur:cito fit fessa multo itinere uel alio labore:acute intuetur. Pupillæ oculorum sunt clariores:albugo oculorum ĩalbatur idest spissior apparet:capita mammarum extenduntur:ubera conflantur & indurescũt a dolore. Sputus fit uiscosior & forte sputat spissus. Prædicta enĩ signa magis contingunt impuella quam ĩmatura annorum & in priori grauidatione & secunda quam postea.. Sciendum est q signa in grauida uel in maiori parte & quia non patitur fluxum tempestiue se cognoscit esse grauidam. Et ab illo termino connumerat menses : uenter etiam tuscit dolorem quandoq in renibus sentit:in urina rotunda circa fundum apparet ypostasis. eadem ut nebula campia uelut bombix: Et omnino macrior q̃ pinguior : & in incessu aliquantulum grauior potest quartum mensem.

¶ Signa masculini concepti in muliere grauida.

Capitulum. XVI.

SIgna masculini concepti in muliere grauida sunt ista:mãma dextra fit grossior & durior paulatim idest de die in diem : uerum est quod post duos menses fortius patet & deinceps donec lactet grossior manet licet sinistra sit grossa. Vnde qui hæc nouit si nutricem inueniat lactantem & uideat discrete ambas mãmas potest ei tute dicere:scio quid peperisti:& notata mãma ei dicat. Et tũc audiẽtes ueritatẽ ualde mirabuntur. Volẽs dicere iudicium pro maiori parte dicat: quæ si fuerit dextera dicat masculinũ : & si sinistra feminã. Item fiat in facie colorata plus solito:pellis in facie clara & mũda & delectabilis:fit

etiam macrior solito:ac bene comedit & bibit leuis incedit:ac se sentit in pedibus nisi sit per accidens: Venter fit rotundus : & in pelle extensus ac durus sentitur tactu:nec turbatur multum leui occasione. Motus in uentre fit frequens idem de die & de nocte. Sciendum est ꝙ si mulier concipiat masculum in sinistra parte conceptus nō est tam bonæ cōplexionis uelut in dextra.

¶ Signa feminæ conceptæ in muliere grauida.


Capitulum. XVII.



Igna feminæ conceptæ in muliere grauida sunt ista mām̄a sinistra efficitur grossior dextra plenior & durior:tamē est quodāmodo mollis ad instar modo pulmonis habens frustula cuiusdam duriciei in eadem:& hoc est post tres menses de die in diem paulatim:uenter fit plus longus quam rotūdus & parū extēsus ac durus in facie fit pāniculosa & in corpore pallida nisi fiat per accidens fit etiam pinguis in carne plus solito:cito debilitatur leui labore & ingressu uiarum:& se frequenter sentit grauem:nec habet bonum appetitum edēdi : debilior est & pauidior solito:occasione sputum facit uiscosum:& flatus ei minoratur:uoce cito perturbatur exagitatione cōtrarii cibi:grauem habet portatum ex femina respectu masculi:quæ se cōceperit in dextro latere:qđ raro contingit:puella erit melioris complexionis & mater se melius habebit:& econuerso raro etiam ei mouetur uenter.

¶ Signa probabilia quibus ad oculum & intellectum scitur utrum mulier sit grauida masculi ut famellæ.

Capitulum. XVIII.




Vlta sunt signa in genere & in specie : quibus omnis homo sagax potest perpendere in muliere grauida.utrum habeat in uentre masculum uel feminā:ut illa quæ supradiximus : & hæc accidunt.Lac pregnantis in mulsum palmæ manus prius munda ꝙ stringas palmis ambabus:& tunc aperi:& uide illius dispositionem. Nam si fuerit in substantia spissum & nō aquaticum signum est masculi.Si uero fuerit aquaticum & nō bene tenax:tunc est signum feminæ. Alius modus:mulgeatur lac super speculum : & ibi permittatur siccari ad solem:quod si siccatum fuerit in modum per se parisibiliter : est signum masculi.Et si fuerit extensum & latere:siccatum signum est feminæ.In chiromancia est istud experimentum:fac tibi ostendere unā manum a grauida quam uolueris : & tunc considera manum & eius monstrum:que si fuerit dextra est signum maris:si sinistra est signum femellæ conceptæ.

¶ Quomodo habetur noticia quot filios unaquæꝗ mulier debeat habere uiso primo partu. Capitulum. XIX.

VT quilibet ſciat quot filios unaquæq̃ mulier debeat habere uiſſo primo partu: dicimus ꝙ infans exierit de uentre matris ſuæ: ac ceciderit deorſum: leuatuſq̃ fuerit de loco per obſtetricem: aſpiciēdi ſunt nodi illius umbilici qui irrogit̃ matrici: & quotquot fuerint: tot filios poteſt adhuc habere & portare: ꝑpter quid & nõ amplius. Sed ſi nullus fuerit nodus nollum filium poteſt amplius habere uel generare: & culpa erit ſua & non uiri ſi deinceps non generabit. Sciendum ꝙ ſi mulier nullum nodum habuerit in ſe nullum filium poteſt generare dato ꝙ omnia bene faciat quæ ſunt neceſſaria ad concipiendum: Et omni uice mulier perdit nodum unum qui incidit quotiens parturit radicem. Quot quero maſculos ſit quæq̃ mulier cõceptura primum filium hoc modo notato. Quia quot coronans capillorum habebit uel habuerit in capite quadam ſimilitudine tot maſculos eſt paritura. In ſecũdo uero partu una corona ſignificat unũ partum maſculum: nullam autem feminam uel neminem alterius generis. Signum geminorum eſt iſtud in una grauidatione: quoniam ſi ambo fuerint maſculi ambæ mãmæ creſcunt æqualiter: & mulier eſt macra plurimum & bene colorata. Et ſi unus eſt maſculus & altera femĩa dextra mãma eſt dura: & mulier in facie illius partis eſt macra & colorata & in altera parte eſt epinguata aliquantulum & pallida uel panniculata uenter multum tumeſcit. & in dextro latere ſemp fit motus & fortis in ſiniſtro uero rarius & debilis.

¶ Capitulum ſignorum in femina grauida: q̃bus habetur notitia ſi embrio eſt ſanus uel infirmus: uicturus ſatis uel moriturus cito tam in uentre matris q̄ extra. Capitulum. XX.



Igna ſanitatis & infirmitatis embriõis ſunt multa de quibus uolumus hic aliqua denotare. Verbi gratia dum cognitum eſt cuius generis ſit embrio ſic dicimus quod ſi mãma ſignificans embrionem prius fuerit plena & dura conuenienter: & poſtea efficiatur mollis. Embrio eſt infirmus. Si uero nimis fuerit mollificata: & prius erat multũ extenſa & plena mulierq̃ doloribus tormentetur: embrio penitus morietur ante partum uel in partu iuxta conuenientiam ætatis perceptæ. Et econuerſo exitus lactis a mãma ꝑgnantis eſt ſignum breuis uitæ in embrione: & tunc patitur ægritudinem. Si uero mulier cum impregnatur eſt bene ſana: & in ingrauidatione ſua moratur: & mãmæ non retrahuntur a uirtute ſui augmenti & duriciei: nec lac diffundat abſq̃ uiolentia ſignum eſt ſanitatis & uitæ embrionis: niſi contrarium deſuper ſit ſignum latenter a planetis fluxus menſtrui uel ſanguinis in grauida eſt ſignum infirmitatis embrionis potus aquæ feminæ. Similiter ſi grauida nimis grauetur ſui & pauida efficiatur & diffidat eſt ſignum ægritu-

dinis in embrione & paruæ uitæ: siue nascatur siue non. Huic sermoni addimus istam doctrinam ꝙ gracilitas mãmorũ in muliere significat paucitatem lactis. Sed tale bonum est & pingue: ut patet in lacte ouis respectu illius capræ uel fructus: Item caseo utriusq;. Lac etiam dextræ mãmæ est melius illo sinistræ. Nato ĩfante si uisitetur a persona signũ Salomonis habente ante nonum diem puer moritur penitus in breui. Si etiam ꝑgnans super transeat signum Salomonis abortitur cito. Et si pilus nascatur super aliqua mãmarũ embrio infirmatur & forte eadem mulier: Si mãma lactantis in ore infantis multum teneatur ei dentes cito nascuntur & sine dolore. Et si gingiuarum inflationes sunt lac mulieris nigræ & brunæ & macræ q̃ crassæ est melius infanti ad eum nutriendum.

¶ De animalibus in genere & in specie. Capitulum. XXI.

Differentia animalium tam in genere q̃ in specie multiplex est .s. natura: proprietate: nutrimento ciborum ac dissimilitudine sui membraliter: & ꝙ sic implicant ad multa & ad diuersa. Unde sciendum est quod animalium tam bipedum quam quadrupedum & deinceps quedam nascuntur semel: ut homo & bos: Quedam autem bis: ut gallus & columbus .s. primo ouum: postea pullus. Quædã ter ut papilio: quia primo generat: & ruca facit ouum in folliculũ: & ex illo nascitur uermis qui cõuersus in papilionẽ rumpit folliculum & uolat. Itẽ animalium quædã nascuntur parua & stãt parua: ut pulex & muscula. Quædã uero nascunẽ parua & efficiuntur magna ut canis: gatta: agnus: porcus homo bos: & quædã efficiunẽ maxima: ut elephas. Item q̃dã sunt domestica: & quædã siluatica & quædã mediocria ĩter utraq;. Sciendũ est ꝙ aliqua sunt quæ cito domesticantur: & quædam tarde & difficulter Quæ nascunẽ domestica sunt homines canes & oues. Quæ uero siluatica sunt pulices lepores & cãcri. Quæ uero nascuntur partim domestica & partim siluatica sunt pulli capræ &c̃. Itẽ animaliũ quædã continent unã naturam & cõplexionẽ sui ut homo & bos. Quædã efficiuntur monstruosa ꝑpter diuersitatẽ complexionis naturæ ut minotaurus ipocentaurus: laminia & sirena. Item animalium quædã morantur simpliciter in uno elemento: ut salamandra in igne. Talpa in terra cameleon in aere. allec in aquis. Quædam uero moranẽ cõmixte inter cætera elementa ut formicæ alatæ: lucertæ: & aues &c̃. Item animaliũ quædam generantur per coitum ut homo bos equus &c̃. Quædam sine coitu sed ex sola corruptione elementorum: ut scorpio: anguilla & rana. Quædam in ouo ut gallus & pauo & maior pars piscium. Sciendũ est ꝙ secundum significationẽ animalium ab elementis omne animal illo utitur & requirit in suo nutrimẽto unde qa pisces plus sunt ex aqua q̃ de cæteris elementis uiuunt in ea & eam appetunt aues de aere: ho-

mo de terra:&c. Sciendum est ꝙ quanto plus auis est uolatrix.& eadem maioris uolatus in altum tanto plus est aeræ naturæ: & propinquans aquæ ex aqua ut patet de aquila falcone groto & de conchili. Et si aĩal aliqua occasione cesset a nutrimento sui elementi cito mutatur in statũ priorem & ægrotat. Item animalium quædam sunt molis substantiæ & quædam dure:quædam longæ:quædam curte.quædam grosse quædam subtilis:quedam late:quedam stricte. Quedam parum uiuunt:quedam multum uiuunt:quedam facile moriuntur.& quedam difficile. Itẽ animalium quedam habent corium cum pilo:ut equus.quedam lanam & partim pilum ut asinus & quidam pisces. Quedam habent pellem sine pilo & sine lana.ut uermis terrestris. Quedam habent pilos & capillos ut homo tantum. Quedam habent setas & pilos ut porcus. Quedã spinas:ut ricius & porcus spinosus. Item auium quædam habent in pelle penam q̃dam plumam:q̃dam squamam:q̃dã spinã:q̃dam grossam & asperã:q̃dam subtilem & mollẽ. Item oĩum aĩalium q̃dam hñt labia ex quibus dicitur os:q̃dam nõ labia sed aliq̃d loco oris:& tunc dicitur musum uel grugnũ:uel rostrũ uel fistula. Et sic q̃dam hñt os ut hõ:q̃dã musum ut canis:q̃dam rostrũ ut aquila:quædam foramen ut elephas. Item animaliũ q̃dam habent dentes in ore ut homo & canis:quædam scripaturam & non dentes ut anser. Item aĩalium q̃dam habent in capite cornua:q̃dam nares:q̃dam baissas. Item aĩaliũ q̃dam habent duos pedes: q̃dam quattuor:q̃dam sex:q̃dam octo &c. Item aĩalium q̃dam uadunt & non uolant:q̃dam uolant & non uadunt:& q̃dam quandoq̧ uadũt:& quandoq̧ uolant. Item aĩalium q̃dam hñt rostrũ curtũ:q̃dã longũ:q̃dã subtile:q̃dam grossum:q̃dam rectũ:q̃dam tortum:q̃dã latũ:q̃dã strictũ: q̃dam acutũ:q̃dã sumum. Item animaliũ q̃dã habent in corio siue pelle multam sup̃fluitatem:& q̃dam paucã:ut pili lanæ.plume:spinæ mucillagines:& squamæ. Item q̃dam habent cristam ut gallus:& q̃dam galeã ut upupa:laudula & pauo. Item oĩum habentiũ caudam: q̃dam habent curtam:q̃dam longam pilorũ uel setæ uel carnis uel pennæ:homo & simia carentes cauda loco eius habent masculos ĩ cruribus. Quædam uero habent caudam nõ habent pulpas carnis eleuatas in cruribus. In animalibus crescunt cornua ungulæ:pili:lana:seta:capillus:penna pluma: squama:pinguedo:medulla & spina. Item animalium quædam uiuunt in societate libenter sui generis:ut apes:grues:columbi: formicæ: oues & cetæra. Quædam uero solitariæ:ut scorpio & aranea. Item animalium quædam sunt multi coitus:ut uir:auis: pernix: columbus: gallus: passer & musca. Quædam uero pauci coitus:ut mulier: ouis: gatta turtur:uespa. Item animalium quædam sunt multi clamoris:ut homo:canis:porcus:columbus:rana:passer:&c. Quædam uero pauci: ut grues: lepus:mulus &c. Item animalium quædam naturaliter sunt pacifica:ut

oues:formicæ:agni:& hirūdines. Quædam uero bellicosa:ut grues: ciconeæ:galli:hædi &c. Itē animalium quædam recipiūt doctrinam bonorum morum:cito:ut homo canis simia &c. Quædam tarde:ut bos & equus. Quædam nunq̄.ut serpens:rana:musca &c. Quædam sunt pacifica & timida:ut ouis & cerua. Quædam simplicia:ut asinus. Quædam sapientia:ut equus & canis. Quædam astuta:ut draco & serpens. Quædam fraudusola in malo:ut uulpes:lupus & scorpio. Quædam fortia & audacia:ut leo:ursus:draco:canis ligorius &c. Quædam igeniosa:ut homo & simia. Quædam uerecundia:ut anser & homo. Quædam in uerecūda ut rana:musca:asinus:porcus &c. Quædam uelocia:ut leo.lupus & ceruus. Quædam uero pigra ut asinus & porcus.

¶ Diuisio capituli de animalibus. Capitulum. XXII.

OMne animal habens pulmonem habet uocem & econuerso. Oē animal habens sanguinē habet cor & epar:& econuerso. Omne animal carens sanguine est parui corporis:ualde timidum & debile:ut musca bibio cancer & aranea:& econuerso ut patet de uiro boue leone &c. Omne animal carens sanguine est pauci cibi:& econuerso. Omne animal longorum crurium est longi colli:ut sunt grues: ciconeæ cochales:& econuerso.ut gallinæ:passeres columbi &c. Omne animal non lactans non mingit:ut anser:columbus gallina.& econuerso:ut homo bos:ouis &cæ. Omne animal carens pulmone caret gula & collo:ut piscis cancer grancus cimex &c. Omne animal carens pedibus caret gula ut piscis.serpēs:ruxa:lumbricus & uermis terrestris. Omne animal ouans caret uesica ut gallina:pauo &c. Omne animal fututēs & generans habet uesicam:ut homo porcus.& ecōuerso:ut rana & musca. Omne ouum longum & acutum in puncta reddit genus masculinū & econuerso:ut rotundum. Omne ouum duorum uitellorum est duorum pullorum. Omne animal sæpe spargens semen suum:cito canescit & si diu uiuit cito moritur frequenti turbatione afflictus:ac citius moritur non spargente.ut patet de uiro respectu feminæ. Omne animal q̄to plus est calidæ naturæ tanto magis crescit longitudine & grossitudine: ac est fortius & audacius:ut patet de uiro respectu mulieris. Omne animal multum calidæ naturæ grossam uocem habet:ut patet de uiro respectu mulieris. Omne animal habens umbilicum cibatur per illū donec est in uentre matris suæ & non per os. Omne animal pingue est in cessu tardius macilento.& est grossioris intellectus im omni ut patet de uiro panciato & porco bene pingue respectu macilētorum. Omne animal est calidius in dextro latere q̄ in sinistro: & ad comedendum plus saporosius.plus etiam est in carne & minus in adipe. Omne ouum longum est calidius & sanius ac saporosius rotundo:causa est quia masculū. Omne aīal femininū nimis crassum nō pōt concipere.cā est pp frigidi

tatem matricis & sui clausuram cum sit parum aperta pp adipe. Omne animal femininum habens matricem suffocatam uel cadētem extra nō potest concipere. Omne animal nimis sanguineum cito ex facili: putrescit prope ossa: & apostematur uel infirmatur. Omne animal bene crassum paucum habet sanguinem curabilem: & libenter bibit & satis: ut patet de porco. Omne animal habens aures mouet eas præter hominem. Omne animal habens sanguinē habet cerebrum & neruum: & econuerso. Omne animal uolatile habens ungues curuos & rostrum uiuit de rapina: coxas habet pulposas & pectus grossum ac forte. Oēs pisces corticales ouant præter anguillam & ranam. Omne animal habens pellem grossam pilos habet grossos & asperos & squamas si ē piscis præter anguillam & tencā quæ loco squammaꝝ habent axungiam & mucillagines ut patet de porco cāe & boue &c. respectu gattæ &c. Omne animal ouans parum dormit: & curtos facit somnos. Omne animal hn̄s plus quattuor pedibus caret sanguine: ut patet de cancro aque dulcis & salsæ qui habet decem: sed loco sanguinis habet alium humorem: ut patet in ape musca aranea &c. Omne animal rugosum caret sanguīe: & cito moritur oleo: ut papilio: eruca aranea &c. Omne animal ouans habet pennas uel squamas uel aliud loco prædictorū: ut formica alta. Omne animal habens mammillas eas habet sub uentre uel prope coxas præter mulierem quæ habet eas in pectore. Omne animal generans omnino habet aliquos pilos. & econuerso. Omne animal habens cornua habet pedes scissos: ut caprabos &c. Omne animal habens dentes acutos habet labium superius scissum: ut canis & gatta respectu aliorum uidelicet bouis: equi &c. Omne animal habens dentes spissos & fortes in opere est sanæ uitæ & longæ: ut equus: asinus &c. Omne animal habens dentes acutos uel rectos est magnæ iræ: & libenter comedit carnes crudas: ut leo. canis: ursus. & econuerso: ut homo: equus &c. Omne animal uolatile & natans caret medulla multa in ossibus: & habet corium in ossibus: ut anser respectu gallinæ. Omne animal multi sanguinis est bonæ dispositionis respectu cæterorum humorum. Omne animal uolans caret mammillis ut patet in gallina: aue: pisce: formica musca &c. Omne animal auis parui corporis plus cantat q̄ magni corporis & maxime in tempore sui coitus: ut patet in philomena & colūbo. Omne animal & omnis auis diligit suum fructum: & gerit curam sollicitā de illo præter cuculam quæ facit oua in alieno nido: & ea non alit. & præter coruū am: quæ deserit pullos suos usq; in tertiā diem causa est quia pluma est alba. Omne animal naturaliter cognoscit suos filios & primū & secūdū & eis ꝓbet prius cibū & mām am &c. omne aīal generans prius dormit ouante. omne aīal aquosum minus dormit aereo: ut patet in pisce respectu auis. omne aīal dormiēs se somniat in suo gradu. omne aīal mascu-

linum est in membris suis quodãmodo minus feminino:ut patet in cã
cris & anguillis:quoniã caput masculi est minus capite femellæ:& gras
sa feminæ est maior masculi.omne animal carens sanguine fugit ipm
libẽter propter eius dulcedinẽ ut patet de musca serpente &c.omne aĩal
habens cor est sapientius non habente:ut patet de uiro & uulpe : omne
animal magni pulmonis satis bibit respectu habentis paruũ.omne ani
mal non habens parum bibit omni uice:& econuerso.omne aĩal uiuẽs
de rapina parum bibit:ut patet de falcone &c.Omne animal generans
animal habet femininum sexum præter partum.Et hæc de animalibus
in eorum differentiis ad præsens dicta sufficiant.

¶ Explicit prima pars libelli huius de scientia phisionomiæ.

¶ Nunc incipit secũda pars.Prooemiũ. Capitu. XXIII.&.XXIIII.



Euertentes autem ad doctrinam phisiono miæ ĩ hominibus & bestiis dicimus quod animæ sequuntur corpus : & ipsæ animæ ßm seipsas non sunt passibiles a motibus corporis in quibus morantur certo spacio uitæ temporalis.In cuius ultimo separantˀ: & corpus manet . Hoc autem manifestum est de motibus ualde per ebrietatẽ uini uel amoris uel tristiciæ laboris & œgritudinis Causa est qa corpus & aĩa sunt unius cõpo sitionis:unde agunt & patiuntur.Sciendũ ẽ ꝙ inter cætera animalia nõ est turpius aĩal ad uidẽdũ sine ornatu alterius quã hõ dũ ẽ nudus:neqꝫ paupius.Nam bestiæ terræ nutriunt ipsum donec uiuit : ut aues cæli &c. Verbi gr̃a sol dat ei lucẽ:bos ei cõterit & colit terram:& ei oĩa ducit de loco ad locũ:ouis dat ei lanam:& terra linũ:auis dat sibi pe nam &c.Sunt enim multa animalia quibus per consuetudinẽ multi hõ mines & multæ mulieres appropiantˀ pp bestiales mores quos habẽt & trahere uidentur extra usum humanæ.naturæ se applicantes moribus bestiarũ.nõ tñ dicimus quod ipsi hoĩes sint ipsa aĩalia.Sed in tm̃ appel lamus eos bestiales inquantum uidentˀ errare abusitate hũane sapiẽtiæ. Et sic sæpe dñr ac ꝓprie appellantˀ ab his hoĩbus q hñt odio mores be stiales:ut iri hoc exemplo. Vide hũc leonem:hunc porcum:hunc asinũ: hunc canẽ:hanc uulpẽ:hunc lupũ imperatorẽ:hunc abbatẽ:hunc mona chum:hunc sanctum:hunc angelum &c. Item audiatis illum leonem.i. quia rugit ut leo & clamat fortiter sicut leo . & ita de ceteris similitudi nes . Mores enim hominum non sunt nisi passiones compositi cor-

poris & animae. Et tales non conueniunt alicui semper nisi quantum disconueniunt ab usu gentium in loco regionis cohabitantium. Sũt autem multa signa phisionomiae: quae penitus sunt cõmunia tam in hominibus quam in aliis animalibus: ut timor: fortitudo: audacia pauor: gaudium: tristitia: amor: odium: sanitas & aegritudo. Tamen sciendum est quod phisionomia nõ est sic recta in bestiis sicut in hominibus: quorum iudiciũ est solo uisu sapientis in membris pausibilibus uerum est quod auditu & tactu habetur certa cognitio hominis. Nam uidendo uirum conuenienter habemus iudiciũ de illo: & sic de muliere. uerbi gratia in uiso uasus longus & grossus significat ꝑputium magnum & econuerso & super hoc dixit quidam & bene. Ad formã nasi dignoscitur hasta baiardi. Et in muliere pes est signum uuluae: quia si fuerit ei pes longus & strictus ac macer significat uuluã longam strictam ac macram: & econuerso. Item mensura medii pedis nudi est mensura longitudinis uuluae totius unicuiqꝫ. Vnde dixit quidã. Ad formã pedis tu nosces uas mulieris. Subtilitas pellis in uulua & in uirgine cognoscitur per conditionẽ labiorum oris in uno quoqꝫ: quia grossa labia oris significat pellem grossam. & subtilia subtilẽ. Nares nasi significãt testiculos hoc modo: quia grossae & latae significant grossos & latos testiculos: subtiles uero strictos & paruos in omni quorũ officiũ dixit quidã. Testiculi nudi feriunt ad labia culi: nec tantũ feriunt possint saciare foramẽ: Semen cõseruant ipsum quoqꝫ spandere curãt. Cognoscitur enim omnis iuuenis de uirginitate & corruptione per multa signa: ut uterqꝫ ad pirulam nasi: quia manente uirginitate cartilago pirulae nasi sentitur indiuisibilis sed si est uiolata sentitur ꝑtibilis. In masculo uirga erecta discooperitur & econuerso. Et in muliere os uuluae insinuat. Item dicimus ꝙ signa communia pro scientia non reputantur ut uisus oculorum &c̃. Causa est q̃a omnes gentes bene sciunt ꝙ per oculos est uisus & per aures auditus. Vnde si quis diceret talis uidet quia habet oculos iam derideretur & ita de sene propter signa publica senectutis. Aues ad pennam cognoscuntur & ad ungues: equi ad dentes caprae ad oculos &c̃. Vnde si dicat̃ leo est fortis bestia porcus immundus: serpens audax: gatta timida &c̃ Praedicta enim & similia si uoce aliqua dicerẽtur ab aliquo pro scientia nõ reputarentur: eo ꝙ talia signa sunt cõmunia & omnibus nota unde in his nemo dubitat: ut uisu uel communiter auditu. Item dicimus ꝙ nullus homo uidit unquã hominẽ ueraciter ex toto esse similem bestiae: licet dicatur de simiis: sed assimilat̃ operatiõe naturae in aliq̃b⁹: ut in mõstruosis: in q̃bus non contradico. Immo possibile est per artẽ & ꝑ naturã: ut fuit ipocentaurus & minotaurus. Vnde nemo põt phisionomizare per signa cõia siue sint hoĩs siue bestiarũ: sed per signa propria tantũ quae licet oẽs homines possent habere; tamẽ nõ omnia habent in se.

Quis enim dubitat de signis cōmunibus:& ea quis nō nouit:& ideo homini sapienti non conuenit ꝙ corā aliquo dicat aliquod signum de cōmunibus:ut uidens hominem fortem ex experientia dicat ille est fortis ut leo:bene quidem scitur ꝙ ille est fortis ut leo &c̄. Oportet enim nos determinare sapienter omnia & singula quæ proprie dant scientiā phisionomizandi:ut ex hac scientia quisqꝫ eam scientiam ut dicemus aperte in sequentibus ualeat inter gentes omnem reuerentiam & honorem famæ cum proficuo adipisci. Singula enim illorum quæ dant phisionomiam in nominibus sunt ea quæ fiunt in eis ex motibus corporis: scilicet ex forma uel figura a similitudine cuiuslibet membri : etiam ex colore:in eius leuitate & grauitate incessus:flatu:& uoce &c̄. Sciendum est igitur ꝙ membrorum corporis hominis ad quæ propriæ pertinet scientia phisionomiæ:aliud est simplex ut lingua epar:& cor:aliud uero compositum:ut pes & manus. Quomodo autem hæc omnia sint & habeantur in unoquoqꝫ hominum cui tradimus prænominatam scientiam & non alterius animalis per ordinem capitulorum sub suis rubricis uelut nobis uidebitur sicut & quibusdam aliis uisum fuerit ut Hipocrati Galieno & Almansori sufficiēter dicemus si deus uoluerit. Sed antequam ueniamus ad totam intentionem nostri sermonis ex prærogatiua dicimus ꝙ ualde cauendum est in omni tempore ab obuiatione & societate hominis infortunati per opus naturæ superioris:ut ab homine cui diminutum sit aliquod membrum : ut oculus manus &c̄. Causa est quia quilibet talium est factus infelix:& ex sua infelicitate obstat felici. Et huic præstat in multis nocumentum quod est occultum homini ignaro:cum ipse non possit perpendere de hoc nisi per uiam huius doctrinæ uel per experientiam sui mali. Nam omnis homo se melius potest custodire a suo publico iam facta offensa q̄ ab homine īfortunato. Causa est quia nocumentum infortunati est occultum:inimici uero publicum. Et est sciendum ꝙ nō est creatura tam bonæ cōplexionis quæ si membro diminuatur ꝙ non mutet statum suum aut in peius solito: uel multo in melius:quod raro contingit si diu uiuit. Vnde dictum est. Cauete a signatis: Et alibi in homine signato in aliquo membro non confidas.

¶ Signa complexionis ratione coloris in facie.

Capitulum. XXV.

COlor albus in facie uel fuscus intermixtus quasi ex albedine & glaucedine siue color gipseus & plombeus naturaliter significat frigidam complexionē. Color rubeus & ruffus in facie cōpositus ex albedine cum multis lintiginibus significat calidam complexionem. Color albus in facie cum subtilitate mollis morbibus ac intermixtus rubicunditate significat temperatam complexionē. Co

lor brunus in facie significat bonam cõplexionem. Color in pelle liuidus & etiã in unguibus significat malam & frigidam complexionem.

C Signa complexionis ratione coloris in pelle. Capitulum. XXVI.



Orpus in pelle album & siccum in carne habens aliquid uel multum rubei coloris in locis congruis significat dominiũ coleræ rubeæ. Corpus in carne crassum & in pelle album & conuenienter coloratum significat dominiũ sanguinis. Corpus in colore brunum & in carne crassum cum aliquantulo colore rubei significat dominiũ sanguinis cum melancolia. Corpus gracile siue macillentum significat dominium coleræ rubeæ. Corpus mediocre.s.inter macrũ & grossum & inter album & brunũ significat dominium sanguinis cum flegmate & aliquantulo melancoliæ. Corpus quod tactu sentitur ualde calidum significat complexionem calidam. Corpus quod tactu sentitur frigidũ magis q̃ calidum significat complexionem frigidam. Corpus quod tactu sentitur asperum significat siccam complexionem. Corpus quod tactu sentitur molle significat complexionem humidam. Corpus quod sæpe sudat ex facili significat bonam complexionem. Corpus quod raro sudat significat frigidam complexionem. Corpus leue & subtile incessu significat bonam complexionem. Corpus graue ac pigrum incessu significat malam complexionem.

C Signa corporis calidæ complexionis. Capitulum. XXVII.

C Orpora naturaliter calida cito crescunt & bene.ut patet in infantibus:ac impinguatur uel desiccãtur:uenæ apparẽt sibi per loca:anhelitus ei est mãifestus uox firma fortis & grossa:in coitu sunt fortia & eorum appetitiua.bene comedunt & digerunt ac gestãt:multis abundãt capillis & pili per loca:qui partim sunt grossi & ericii qđ contingit a multo calore cordis:ut patet in leone gallo &c̃.

C Signa corporis frigidæ complexionis. Capitulum. XXVIII.

C Orpora naturaliter frigida tarde crescunt,parum impinguantꝰ: uenæ apparẽt sibi manifestæ & magnæ:anhelitus eius paruus uel quasi absconditus : uox in auditu subtilis uel acuta in coitu sunt debilia & raro eorum appetitiua:parum comedunt : male digerunt & gestant in pelle sunt alba siue rosea colore : Capilli eorum sunt extensi & longi siue sint nigri siue albi:& sunt subtiles:facile timẽt & expauescunt:& ad laborandum sunt debilia.

C Signa corporis humidæ complexionis. Capitulum. XXIX.

C Orpora naturaliter humida in carne sunt mollia & leuia eorũ iuncturæ sunt occultæ & paucæ fortitudinis.unde parum possunt durare laborem. Timida sunt & pauida quasi ex omni:male dormiunt;sæpe mouentur ad luxuriã. Nuda sunt pilis : eius

oculi semper lachrymant.pili & capilli eorum sunt extensi & subtiles & boni ingenii ad addiscendum.

¶ Signa corporis siccæ complexionis. Capitulum. XXX.

C Orpora naturaliter sicca in tactu sentiũtur aspera:in carne sunt macra:in labore fortia & durabilia:libenter & conuenienter comedunt:iuncturæ membrum sibi sunt manifestæ.Capilli & pili sunt grossi asperi & crispi.

¶ Signa corporis temperati & sani. Capitulum. XXXI.

C Orpora temperata & sana bene comedunt & bibunt iuxta conuenientia sui:digerunt & disponunt:res ei sapiunt bonæ:famescunt in horis conuenientibus:gaudent cum gaudentibus.bene dormiunt suos somnos:se leuia sentiunt & uadunt leuiter : cito sudant:raro uel nunquam sternutant mediocriter impinguantur:in facie sunt colorata in tactu sunt calida:in eis quinq; uigent sensus conuenienter iuxta conuenientiam ætatis corporis & horæ.

¶ Signa corporis distemperati & male sani. Capitulũ. XXXII.

C Orpora distemperata & male sana in omni sunt dissimilia corporibus temperatis & bene sanis. Vnde male comedunt:nõ curant bibere:male digerunt & disponunt : res eis non bene sapiunt.in horis conuenientibns : non se plene tribuunt gaudentibus:immo quasi tristificant͂.& manent tristes male dormiunt suos somnos:graues se sentiunt:& grauiter uadũt : & raro sudant uel non sudant: ossitant sæpe uel sternutant:brachia extendunt:in facie sunt pallida uel nimis colorata:quinq; sensus male uigent:nõ possunt diu sufferre laborem:cito rerum obliuiscuntur:multum sputant in naribus eis abundãt superfluitates quasi ad omnia sunt pigra:carnes cõflantur nasum & quãdoq; pedes & manus:& oculi lachrymant.

¶ Signa complexionis cerebri. Capitulum. XXXIII.

P Aruum caput naturaliter habet paruũ cerebrũ:& multitudo capillorũ est maxima defensio capitis. Vnde de cõplexiõe cerebri ita dicimus.Si cerebrũ fuerit calidæ cõplexionis hõ ipsum hñs in tactu sentit͂ multũ calidus:capillis multũ abundat.& hi multũ sunt grossi:oculi eius lõge uidẽt:& uidendo discernit:peruigil est sensu:celer argumẽto:color capillorum diu durat:raro abundat superfluitatibus in naso:uix ei oculi lachrymant:& est homo magnæ uigilationis: cupidus q̃ si omnium pulchrorũ:& corde tendit ad nobilia. Si cerebrũ fuerit hũidæ cõplexionis homo ipsum habens in tactu sentit͂ mollis & lassiuus:capillis abundat subtilibus:& ei cito in colore transmutantur & est etiam luxuriosus:sæpe sibi lachrymant oculi:& forte aliter infirmatur:ut sanguine &c̃ uiuit breuiter:in naso ei abũdat multa superfluitas: uox ei sonat aliquãtulum impedita:caput sæpe dolet:in persona est de-

bilis:ex faci.. est pauidus:teneri est ingenii : pius & condolens alterius mali:& plus simplex q̄ sapiens:& uani propositi. Si cerebrum fuerit frigidæ complexionis homo ipsum habēs est sæpe piger:tardi intellectus duræ capacitatis:grossi ingenii eis capilli sunt leues & extensi:tarde crescunt:& in colore sunt albi uel quasi blundi. Eius oculi raro mouentur: & breuiter uident:magnus uigilator de nocte.stabilis propositi:in labo rerio tenax & largus cum ratione.in tactu sentitur frigidus & mollis:& est subtilis ingenii:& aliquātulum ad addiscendum sagax. Si cerebrum fuerit siccæ complexionis homo ipsum habens capilli eius inter tarde & tempestiue crescunt:unde in longū non cito crescūt sed breues morātur:& rari sunt in cuti ac grossi in substantia & plus ericii:q̄ extensi:cito in caniciem cōuertuntur:& de facili cadūt de capite ut frondes de arboribus:oculi longe uident:& homo est temperati incessus & motus.in naso non multum abundant supfluitates nisi sit exigendi causa. Caput sæpe dolet.homo est duri ingenii uanus & male capacitatis. Si cerebrum fuerit calidæ & siccæ complexionis capilli nascuntur flaui fortes & curti uel nigri uel crispi:homo est multum luxuriosus:& ideo cito canescit &c.aluescit:parum dormit in nocte:& est magni ingenii & repentini intellectus & apprehensionis:leuis in eundo & saliendo : uidet procul : & est uanus in agendis:ac ei est raro superfluitas in naso. Si cerebrum fuerit frigidæ & humidæ complexionis homo libenter dormit quamuis male dormiat:hebes est in factis:sæpe aggrauatus passionibus reumaticis & principaliter in capite & in oculis.frequenter abundat superfluitatibus in naso.parum comedit & bibit.

ℭ Signa complexionis cordis. Capitulum. XXXIIII.

COrdis complexio si fuerit calida pulsus est uelox:pectus aliquātulum est pilosum ultra ætatem adolescentiæ:in carne est calidus est boni appetitus:in factis audax:in uerbis asper:in dando tenax:obstinatus:superbus:iracundus luxuriosus. Si cor fuerit frigidæ complexionis pulsus est ei tardus.pectus nudum a pilis:tactus carnis frigidus:duri appetitus:debilis fortitudinis anhelitus artus : uox subtilis & debilis:quasi piger in factis:in uerbis non bene placidus:leuiter pauidus:non bene comedit.& raro bibit:& raro luxuriatur nisi sit p accidens. Si cor fuerit humidæ complexionis homo abundat capillis multis:quia fiunt longi cito & extensi:in colore albi uel blundi : multis abundat pilis exceptio in pectore:in tactu carnis est mollis:& est in colore alba uel fusca:& aliq̄tulum est pinguis:multum timidus : pauidus: hebes:& debilis in laborando. Si cor fuerit siccæ complexionis pulsus ei est durus:corpus totum est musculosum in carne macrum:uenæ sunt manifestæ:pili sunt grossi & curti per loca aliquantulum pilis aspera & grossa. Si cor fuerit calidæ & siccæ complexiōis pulsus est uelox durus

& fortis:pectus aliquantulum pilosum pilis tortis : anhelitus magnus : totus in carne calidus:cito mouetur ad iram:iracundus manet & obstinatus. Si cor fuerit frigidæ & humidæ complexionis pulsus est tardus ei debilis:pectus nudum a pilis anhelitus puus & tardus : tactus in carne mollis & frigidus:non facile irascitur:& cito iram remittit.

¶ Signa complexionis epatis. Capitulum. XXXV.



Patis complexio si fuerit calida cognoscitur ex amplitudine uenarum & ex siccitate noxe unde homo hoc hñs est naturaliter fortis:in facie coloratus:urina eius ẽ multũ tincta & egestio calidi cibi nocent ei:qa ipsum inflammãt:& ẽt abũdat in eo humor colericus:multitudo pilorum sub hipocũdriis. Si epar fuerit frigidæ cõplexionis uenæ apparent artæ:noxa semper erit tenera:& in multitudine hõ ẽ debilis:multo flegmate abũdat:ut sputo & mucillagine in naso urina ẽ alba uel quasi egestio.i.sæpe abũdat uentositate:& multũ deficiũt sibi pili sub hipocũdriis Si epar fuerit humide cõplexionis eius sanguis ẽ turbidus:corpus totũ est pingue uenter fit facile cõflatus:caro sentitᷣ mollis: in facie ẽ pallida. Si epar fuerit siccæ cõplexionis pauco abũdat sanguine totũ corpus manet macrũ uenter gracilis:in facie est paucus color.

¶ Signa complexionis pulmonis: Capitulum. XXXVI.

PVlmonis complexio si fuerit calida uox est grossa anhelitus magnus pectus amplum & grossum. Si pulmo fuerit frigidæ complexionis uox est subtilis:anhelitus paruus:pectus strictũ & subtile. Si pulmo fuerit siccæ complexionis uox est clara os siccum & pauca saliua. Si pulmo fuerit humidæ complexionis uox est clara:os plenum saliua:& raro bibit.

¶ Signa complexionis stomaci. Capitulum. XXXVII.

STomaci complexio si fuerit calida digestio est fortis : appetitus magnus:sæpe famescit:& sitit frequenter:& ei dolet caput:& oculi patiuntur.cito irascitur:& cito ab ira reuertitur. Si stomacus fuerit frigidæ complexionis digestio est debilis:paruus appetitus: raro famet & sitit:capite & oculis sanus est. Si stomacus fuerit humidæ complexionis raro sitit:sputo abundat:in naso multa superfluitus:nausea uomitus & uertigo sibi eueniunt. Si stomacus erit siccæ complexionis sæpe sitit.lingua aspera noxa sicca cum pruritu uel debili exitu:gula aspera & cibi asperitatem ingluturantur.

¶ Signa complexionis testiculorum. Capitulum. XXXVIII.

TEsticulorum complexio si fuerit calida partes propinque uestiuntur pilis nigris & criciis:uirga uirtuose erigitur:sperma exit ĩ substantia multum grossa & uiscosa:& cito exit cũ fricatiõe coitus.ẽt ante cõplementum ætatis cõtingit grãde desiderium coi-

tus.unde super uirga manifestæ apparent uenæ nerui eorũ sunt fortes: & pellis grossa. Si testiculi fuerint frigidæ complexionis partes uicinæ sunt multum nude a pillis & illi qui ibi sunt extẽsi sunt.uirga rare erigit & debile sperma exit liquidũ & tarde:uene ipsorum sunt occultæ.nerui debiles pellis subtilis & mollis. Si testiculi fuerunt humidæ complexionis multo spermate abundant & eiiciunt coitu:tamen est aqueũ & albũ ut lac:& bene utile ad cõcipiendũ:tardant multũ semẽ eiicere : pellis est multũ nuda a pilis & subtilis Si testiculi fuerint humidæ complexionis sperma in eis generant paucum:tamen istud est spissum & uiscosum & utile ad concipiendum:uirga debile extenditur:pili eorum sunt breues & ericii asperi & grossi:pellis uero grossa magis q̃ subtilis. Si testiculi fuerint calidæ & humidæ complexionis uirga potenter erigitur:& erecta manet uiriliter:& etiam mouetur ad coitum:& multum semen emittit. Si testiculi fuerint frigidæ & siccæ complexionis uirga tarde erigitur: & cito perdit uirtutem:parum seminis emittit & quandoq; non põt exire coitu completo.

¶ De noticia partium corporis in omni animali.

Capitulum. XXXIX.

COr omnibus aliis membris corporis est calidus naturaliter & ex calore ipsius totum corpus uiuificatur:& tenet calorem ĩ cæteris partibus sui & ipsum recipit a superiori influxione:quo sic corpus manet compactum unde a calore cordis cæteræ partes corporis calefiunt:& sic possumus dicere ꝙ cor est fons in nati caloris & origo:postea epar:& post illud sunt cæteræ ptes carnis & pulpæ. Cerebrum est omnibus partibus corporis frigidius & humidius ad cõtrarium caloris cordis.unde unum contemperat aliud Adeps naturaliter est frigidior & siccior quædam humiditate coagulata . Os naturaliter est calidũ & siccum. Medulla est naturaliter calida & humida oĩs cartilago uena neruus panniculus uentrinus est frigidæ & siccæ naturæ:tamen ẽ minus q̃ os. Cutis est tpata & proprie est illa qua est in uolis manuũ Neruorꝫ quoq; cõplexio multũ diuersificatur:qm̃ quia cerebro ꝑgrediuntur humidiores sunt q̃ illi qui a nuca nascuntur:cũ in sua cõplexione uicinentur cõplexioni cutis q̃ dicitur tpata. Clandulæ sunt frigidæ & humidæ & omnia mẽbra quæ generant lac:ut mãmæ spma testiculi saliua pulmo. Caro multũ diuersificatur eo ꝙ ẜm complexionem membri est calidior & minus calida:tamen omnes carnes recẽtes absq; sale sunt calidæ & humidæ:salitæ uero calidæ & siccæ.diuersificantur tamen ẜm locũ partis animalis & q̃titatem salis. Caro mediocris.i.macra & crassa est & temperata in omni qualitate.unde ẜm ueritatem caro bene macra impinguat & crassa macrat. Caro porci castrati hædi agni uituli gallinæ pullorum caponis &c.bona est & laudabilis eo ꝙ facile

digeritur.& bonum generat sanguinem caro uolatilium facilior est ad digerendum q̄ gradientium.& quicquid est ex eis melius sunt lacerti lingua pes os & epar.Omne frixum & assatum calidum ē & siccum.unde durū est ad digerēdum & personam reddit macram oleum est humidū & calidum.Oua sorbilia sunt bona & sana.& ex eis melior est uitellus albumine.Caseus malus est in cibo tam dulcis q̄ salitus tn̄ utilis est dulcis post reliquos cibos.qa tūc assumptus facit dirigere. Butirū bonum ē & sanū.Lac plus malū est q̄ bonū.& in æstate melius.Omne membrū animalis quāto plus est neruosum tanto frigidioris est naturæ ut pes.

Signa repletionis malorum humorꝝ. Capitulum.XL.

REpletio malorum humorū qua solet infirmitas generari ostenditur per hæc signa:nimia rubedo in facie:pelliditas in pelle & unguibus frequens extensio brachiorꝝ:plurima ossitario:spissa sternuatio:grauis dormitio:plenitudo uenarum. exitus sanguinis de naso ex facili.sæpe grauitas capitis:ut dolor frontis:tinnitus aurium:lachrymatio oculorꝝ:& pruritus in eis:timor de plano:inertia corpis ad eundum & laborandū:magnitudo pulsus dissolutio uētris urina turbida:nō uolūtarius appetitus comedendi:& debilitas in tota psona.

Signa nimii sanguinis. Capitulum. XLI.

CVm sanguis nimis abundat accidit pruritus quasi ubiq; carnis & principaliter in bracchiis:in facie abundat rubedo continue oris dulcedo sentitur ad saporem præter solitum:fiūt uesiculæ in ore & in labiis:quidam ardores sentiuntur in pectore: quos carbunculas appellamus:quibus persona perdit comedere & suos somnos:urina rubea & aliquantulum spissa:corpus pinguescit res sapiūt bonæ in esu:unde bene appetit diregit & deponit.

Signa nimiæ coleræ. Capitulum. XLII.

CVm colera nimis abundat accidit in facie color citrinus:amaritudo in ore:aspitas in gula:sitis multa pauca saliua:lingua sicca & aspera:caput sæpe dolet.os siccū.debilis appetitus. tardus uomitus citrinus uel uiridis cū multa amaritudine.egestio erit sicca dura & pauca quasi adusta & fetulenta cum multo premitu & labore.urina tenuis citrina ignea & clara.uigilatio multa.dormitio pauca.caro macra:& cor instabile de unoquoq;.

Signa nimii flegmatis. Capitulum. XLIII.

CVm flegma nimis abundat in ore accidit multitudo salliuæ.i. sputus multus:qui si fuerit albus & fluidus est bonus si uiscosus malus:paucitas sitis:os madidum:gula mollis & lingua raro bibit uel nunq̄ nisi in prandio uel cœna:urina exit alba in eundo piger:& in laborando debilis.superfluitas abundat in naso: oculi fiunt graues & somnolenti: somnus fit longus caro undique sentitur mol-

lis & lassiua: appetitus debilis paucus acerbus digestio tarda: in facie color albus sine rubeo colore: egestio mollis & paucæ fœditatis: in addiscendo est grosse capacitatis. oculi sæpe lachrymant & ꝓprie omni mane: pili cito crescunt & ungues.

¶ Signa nimiæ melancoliæ. Capitulum. XLIIII.

QVm melancolia nimis regnat accidit ardor stomachi: multitudo appetit⁹ canini: color fuscus in facie: sanguis est niger & spissus: urina nigra uel aliquantulum ruffa cedens aliquãtulum ad uiriditatem uel palliditatem: Corpus in tactu sentitur frigidũ: habes est in laborerio: pedes frigidi sunt multum: cor suspiciosum persona ex cogitatu tristis: facile irosa: Tenax. amãs stare in solitudine: pauci est cibi & potus.

¶ Notula doctrinalis. Capitulum. XLV.

NAtura nihil facit frustra: & in unoquoq; semper facit quod melius est: & ideo nulla qualitatis est ociosa in corpore. Sciendum ꝙ homo a natiuitate sua usq; ad senium desiccari non cessat: nascens ut moriatur. In calida regione sunt gentes natiue brunæ in pelle: ut patet de æthyopibus: uel rubeæ albedine in intermixta aliquantulum. Et in carne sunt siccæ. crispæ: capillos habent & grossos & asperos. Et in frigida regione nascuntur gentes lõgæ: in pelle multum albæ aut blundæ: nudæ a pilis uel quasi qui in suo esse sunt extensi albi uel blundi. Nota ꝙ regio est multiplex: in prouincia & matrice mulieris: quæ si utraq; fuerit calida creatura generatur: & generata manet nigra uel bruna &c̃. Et si fuerit frigida efficitur alba plus & minus secundum regionis complexionem.

¶ De notitia nimiæ abũdãtiæ humorũ per somnia. Cap. XLVI.



DE iudicio cognitionis somniorum ita dicimus ꝙ eorum aliud est uerum: aliud falsum. Item somniorũ aliud significat de præteritis. aliud de præsentibus: & aliud de futuris: & aliud significat nisi fantasiam: & oĩa ista attendentur esse a quibusdam propter ætatẽ: propter cibum: & ꝓpter tempus lunationis: quia aliter uidet in somniis puer & aliter iuuenis: aliter & aliud senex: & aliter & aliud mulier in quolibet sui status. Item somnium ante digestionem cibi sumpti uel nihil significat: aut de præteritis siue sui siue alterius quocũq; modo: ut uisu &c̃. Somnium in digestione facta sed nondum perfecta significat de ꝑsentibus factis licet fiant cum interuallis. Somnium post cõpletam digestionẽ cibi assumpti significat de futuris oĩno. Vnde cũ quis dormiẽdo se somniauerit aliquid & in excitatione somnii sibi uidebit̃ extraneũ & magnæ significatiõis: & uellet scire qd significat: cõfestim surgat: & illud notet: aut non dormiat plus sup

latus super quod se somniauit: & tunc recordabit̄ in die: nisi multa somnia uiderit longo dormitu. In die autem si aliquid illius somnii oblitus sit cratet sibi caput retrorsum ubi est uirtus memoriæ & tunc cum præiudicationis auxilio facile erit memor si deus uoluerit. Item somniorū quædam significant lucrum: quædam damnum: quædam gaudiū: quædam tristitiam: quædam ægritudinē: quædam sanitatem: quædā guerram: quædam laborem: quædam requiem: quædam solummodo explanationem somnii uerbi gratia cū homo somniat in hora debita sui status auem capere lucrum significat: auem perdere damnum significat: plorare gaudiū significat: ridere tristitiam significat uelle currere & nō posse impedimentum significat: & ita de cæteris. Sed quia somnia sunt satis exposita in libro somniorum per ordinem alphabeti: quem ponemus in hoc uolumine libri: idcirco hæc dicta sufficiant.

¶ Somnia significantia dominium sanguinis.

Capitulum. XLVII.

CVm sanguis regnat homo somniat se uidere rubeum colorem: ut minium: cinabrium: tinctam scarlatam: sindonem rubeā uel uiolateam: morellum: rosam ingranatam: sanguinem fusum: facere nuptias uel spōsalitia uel esse in talibus. Comedere cibum dulcem & rem sapidam: sentire uentum: ponere uētosam: Incarnare aliquem uidere carnem sanguinolentam: & huiusmodi res rubeas aut rubicundo colore.

¶ Somnia significantia. d. coleræ rubeæ. Capitulum. XLVIII.

CVm colera rubea regnat homo somnia se uidere ignem ardentem: carbones uiuos: prunas accensas: scintillas: olibanum: fornacem: cereum: fulgur: audire tonitrua: cælum rubeum ignem: inflāmatum lapidem: litem uerborum inter aliquos: pugnam: percussionem: rumorem: colorem zallum: lothonem: auricalum: aurū: ramum: auripigmentum: capillos blandos: amara comedere.

¶ Somnia significantia. d flegmatis. Capitulum. XLIX.

CVm flegma regnat homo somniat se uidere pluuiū: amare flumen: fontem: aquam canale: puteum: lacum: nauem euntem: piscem: rhete: linum: abluere aliquid ut manus pannū uidere colorem albū: cerusam: calcem: caseum: bombicē: cadere in aquā: fugulos: lachrymas: sputum: urinam: sirupum: aquam haurire. lixiuium: natare: capillos: tegulas stillare: & huiusmodi similia.

¶ Somnia significantia. d. melancoliæ. Capitulum. L.

CVm melācolia regnat homo somniat se uidere colorem nigrū & fuscum: ut fumum: tenebram: sepulturam. infirmum: hospitale mortuorum cadauer: timorē tristitiā: īpotentiā: esse incarcere ligatum: necatum diabolo: uestem esse stercoratā: & similia.

¶ Somnia significantia caliditatem Capitulum. LI.

C Onstat quãdo calida complexio: homo se uidet in somniis stuf fare: balneare: ad solem stare. incedere per ignem se igne offendi uel ferro uel aqua calida & similibus.

¶ Somnia significantia frigiditatem. Cap. LII.

C Onstat quando frigida complexio: homo in somniis uidet se esse in loco frigido: glaciem: uidere: tangere niuem: ferrum: brumam plumbum: lapidem: ex frigore tremere: cristallum: albumen oui lac coagulatum: & similia.

¶ Somnia significantia humiditatem. Capitulum. LIII.

C Onstat quando humida complexio: homo uidet in somniis se tangere rem mollem & leuem siue teneram: comedere panem recentem: bibere brodium: mingere aquam palpare.

¶ Somnia significantia siccitatem. Cap. LIIII.

C Onstat quando sicca complexio: homo somniat se uolare: in se fieri insultus: aliquid leuitatis capere: & auem uolare: pennam folium arboris uibrare: schalas: montem turrim: exprimere aliquid uel distillare: & huiusmodi similia.

¶ Somnia significantia repletionem humorum.
Capitulum. LV.

Q Vando repletio humorũ est in corpore homo somniat se grauari ab aliquo uel onerari per uoluntatem aut uiolentiam: uel le ire & non posse: aut se leuare: nec ex debilitate ualere.

¶ Somnia significantia malos humores. Cap. LVI.

Q Vando in corpore sunt mali humores & nimis regnãt homo uidet in somniis se ire per loca cœnosa fetida putrida. tangere limum stercus siccum: menstruum: rem turbulentam & similia his.

¶ De notitia auguriorum. Capitulum. LVII.

A Vguria sunt in canonibus ecclesiæ uenta: tamen dicimus ꝙ q̃dam accipiunt̃ per obuiationem hominis uel alterius animalis uel per auditum uocis: & hic & hæc augur auguris idem est ꝙ qui & quæ per talem scientiam indicat res futuras: & sic per signa huius scientiæ singula in genere iudicare scit & nouit. Vnde sciẽdum est ꝙ auguriorum quædam significant bonum euentum: ut Confert & emponenth: quædam malum euentũ: ut uiarã & harenan: & quædam medium inter utrunqꝫ: ut fert & confert. Sunt enim quædam notabilia: quibus proprie auguria considerantur: ut sternutatio ossitantis ob uiatio uolatus auium: cantus auium: uox audita locutionis: circa propositum negocii: ut somnium antecedens. unde homo facit augurium homini sicut cætera animalia faciunt: ut aquila: cornicula: nocticorax: cor

uus:bubo.picus:gatta:canis:porcus:equus:& cætera ut habetur in libro augiriorum. Item auguriorum quædam fiunt ante quædam post.quædam dextre.quædam sinistre & cũ diuersa sint in sua dispositiōe quodlibet illorum proprie nominãtur.& ex proprio nomine cognoscitur interpretandum. Vnde dicimus quod auguria sunt numero xii.ad instar. xii signorum cæli.& sunt hæc. Fernoua feruetus confert: amponenth. scimasarnoua:scimasaruetus:& hæc fiunt in dextro latere. In sinistro uero latere sunt confernoua:conferuetus uiarã:harienã scassarnoua:scassaruetus. Cum autẽ ista nomina sint grauia & multæ significationis:ideo placet nobis ea exponere sufficienter. Fernoua est augurium quando tu exiueris domum tuam causam faciendi aliquid & eundo uides hominem uel auem eundo uel uolando: ita quod se ponat ante te in sinistra parte tui:& istud est tibi signum bonæ significationis super negocium. Feruetus est augurium quando tu exiueris domum tuam causa faciendi aliquid:& eundo prius inuenis uel uides auem uel hominem pausantẽ ante te in sinistra parte tui:& istud est tibi malum signum super negocio. Viarã est augurium quando homo uel auis suo itinere uel uolatu ante te transit ueniens ad dextera parte tui:& tendens in sinistram euanescit istud est tibi bonum signum super negocio. Confernoua est augurium quando prius inuenies hominem uel auem euntem uel uolantem: & se repauset ante te in dextra parte tui uidente te: & istud est tibi bonũ signum super negocio. Conferuetus est augurium quando prius inuenis uel uides hominem uel auem se repausantem in dextera parte tui uidente:& istud est tibi malum signum super negocio. Scimasarnoua est augurium quando tu uides hominem uel auem post te & te consequi & transire te:& anteq̃ pueniat ad te uel tu ad eã:alicubi se repaueset te uidẽte in dextero latere tui:& tunc est bonum signum super negocio. Scimasaruetus est augurium quando tu uides hominem post te uel auem pausantẽ ita ꝙ sit tibi dextero latere:istud est tibi malum signum super negocio. Scassarnoua est auguriũ quãdo uides post te hominem uel auem & anteq̃ pueniat ad te & tu ad eam in loco repauset te uidente significat bonum signum sup negocio. Scassaruetus est auguriũ quãdo uides hominem ꝑter ire uel auẽ in loco pausantem ita ꝙ sit tibi in sinistro latere tui est tibi malũ signũ super negocio. Emponenth est augurium quãdo homo uel auis uenit a latere sinistro tui transit ad dexteram: nec eã uides repausare sed euanescit a te tunc est tibi bonum signum super negocio. Harrenan est augurium quãdo homo uel auis a dextro latere tui uadit in sinistrũ transiens post tergũ tui & eam uides alicubi repausare tunc est tibi malum signum super negocio. Vt autem singula quæ diximus euidẽtius intelligantur libri auguriorum hæc ponimus in exẽplo.

¶ De notitia sternutationis. Capitulum. LVIII.



Ternuto.tas.uerbũ est:& significat sternutare. Et hæc sternutatio huius.nis.ipse idem actus est qui dicitur sternutatio. Nec aliud est sternutatio q̃ fumositas uaporum q̃ ascẽdit in caput usq; ad cerebrum. Et cum ibi semper plus abũdent nociua qua iuuatiua a natura depelitur & cadẽdo exit in ictu per nares & per os. Potest autem uetari sternutatio ne fiat quando sentitur contingere. Si oculi parum fricentur confestim cessat:& animali tunc caput purgatur a malis uaporibus:ut domus a fumo quando expellitur a uento. Quid autem una sternutatio uel duæ boni uel mali significet hic ponam exemplum. Dum.n.aliquis homo cogitauerit aliquid super aliquo negocio emptionis uel intellectus &cæ.& fecerit duas sternutationes uel quattuor aut alibi per alteram factæ fuerint:confestim se leuet si sedeat:& si stat in pedibus se moueat & incipiat ire causa complendi negocium siue intromittendi qui prosperabitur in eo: Et si fecerit ultra quatuor sternutationes non pertinet sibi sup facto:cum sit sub dubitatione sciendi ueritatem nisi illud uideat adhuc p aliud signum:ut obuiationis signo &c. Si uero fecerit unam sternutationem uel tres omnino delinq̃t oĩa tã in dicẽdo q̃ in faciendo:eo ꝙ de facto non posset peruenire ad bonum finem nec cito nec facile. Itẽ si duo homines quasi in uno momẽto fecerint duas sternutationes.i. quilibet eorum fecerit suam sternutationem.tunc ei est bonũ signum faciẽdi aliquod propositũ in certo facto unde statim incipiat negociũ:& prosperabitur in gressu maris causa negociationis & ẽt p terrã. Duæ sternutationes ei bonũ signũ significant:& econuerso ut de una uel tribus: Item cũ qs recenter uenit in locũ una sternutatio ei bene significat:& econuerso: ut duæ uel.iiii.&c. Item una sternutatio in aliqua nocte facta p quemq̃ de familia domus bonum significat:ut lucrũ &c. Duæ uero malũ ut dãnũ &c. Verum est ꝙ ille qui sternutat recipit ptem significatiõis hac cõditione ꝙ cætera participabunt cum eo de illo euẽtu. Item si duæ sternutationes fiant omni nocte ab aliquo & illud continetur per tres noctes signũ est ꝙ aliquis uel aliqua de domo morieẽ: uel aliud damnum domui continget uel maximum lucrũ. Item in introitu domus si quis nouiter habeat unam sternutationem tute intret eam habitaturus. Si uero duas exeat:& eam non habitet. Item homine iacente in lecto suo si uigilauerit & fecerit unam sternutationem est sibi signũ malũ infirmitatis uel damni. Si uero dormiat & fecerit unã sternutationẽ peius significat:ut grandem tribulationem:mortẽ personæ:uel impedimentum grauissimum aut rerum perditionem. Si uero aliquis in lecto iacendo duas fecerint sternutationes & uigilet signum est bonũ & lucri uel sanitatis &c. Sed si dormiebat tunc est melius. Et si omni noctæ duæ fiãt sternutationes usq; in tertiam noctem tunc est signum optimum aut in lu-

cro aut in alio honore &c. Item si aliquis tota die iuerit ut mercator & peregrinus aut partim in die: & repausauerit in aliquo hospitio: & ibi repente faciat duas sternutationes locum mutet & uadat in aliud hospitium eo quod prosperabitur alioquin aduersabitur. Item cum quis petendo aliquid causa operandi eam rem uel tetigerit & habuerit unam sternutationem: confestim discedat de loco illo & permittat omnia illic: & alibi tentet: & tunc inde prosperabitur aliquantulum. Et si habuerit duas sternutationes tollat ipsam secure: & eam rem non permittat. nec amplius differat. Item si quis post pactum factum nuper de aliquo unam stermutationem fecerit tunc ei significatur ꝙ omnia in pacto stabunt firma. Si uero tres fecerit pactū non seruabitur. Item si quis summo mane in die lunæ cum de lecto leuauerit habuerit unam sternutationem significat ꝙ totam ebdomadā habebit prosperam lucro uel alia consolatione. Si uero duas habuerit totum contrarium erit. Item si quis perdiderit equum annulum &c. & exiens domum suam causa quærendi. & in exitu nuper habuerit unā sternutationem significatur ei rem suam recuperare. Si uero duas habuerit nunq̄ rem adinueniet. Item die dominico summo mane cum quis se leuat de lecto tres sternutationes habuerit ei bonum significat. Vna uero malum significat. Item ante prandium uel cenam quasi uolens incipere comedere duas sternutatiões fecerit bonū significat una uero malum. Vir infirmus iacens in lecto si timeat & diffidatur & habeat unam sternutationem signum est mortis. Si uero duas euadet. Mulier grauiter infirma si in lecto habuerit unam sternutationē est sibi signum liberationis. Duæ uero mortem significant.

¶ Nunc incipit tertia pars: in qua continentur capitula phisionomiæ in specie utriusq; sexus uiri & mulieris. Capitulum. LIX.



AD particulas quidē corporum utriusq; sexus uidelicet uiri & mulieris penitus reuertētes, ſm seriem formæ cuiuslibet psonæ in omni statu sui dicimus ꝙ phisionomia est ingeniosa scientiæ naturæ per quā cognoscitur uirtus & uitium cuiuslibet animalis. Et quoniam membroꝝ quædā sunt simplicia: ut lingua cor &c. quædam uero cōposita: ut oculus nasus &c. Iccirco dicim⁹ ꝙ multa sunt signa q̄ simul uiuunt somnia quorum dant iudicium sapienti & ideo sciendum est ꝙ multiplex est differentia inter uirum & mulierē cadens in iudicio scientiæ que dicitur phisionomia. Quare accipienda est proprie in uiro & improprie in muliere. Causa est quia uir in omni compositione ipsam plenius apphendit

q̄ mulier: ut euidentur apparet in scientia canonum q̄ sunt infra p modum capitulorum:& ob hoc dicimus quod pro uiro intelligatur proprie iudicium uniuscuiusque capituli.& pro muliere in proprie:comperato tamē intellectu ipsorum ad idem. Quare magnum ingenium debet adhiberi comprehensionibus omnium quæ sunt necessaria huic sub ui collectionis prius q̄ iudicium proferatur utriusque sexus: si casus euenerit in aliquo iudicandi. Videmus.n.uirum in faciem consimilem mulieri: quē cum sagaciter aspexerimus sic & sic iudicamus de illo:& ita de cæteris partibus corporis ut manus &c. Videmus etiam mulierem in facie: & hæc erit carnaliter similis uiro sola dispositione membrorum.s.tam alterarum partium corporis ut manus &c.q̄ faciei:nūquid iudicamus de illa quemadmodum de uiro possumus iudicare:nequaq̄ sed aliter & debilius pro eo quod complexio mulieris ualde distat a mera ratione & complexione uiri in omnibus: nisi in uno modo qui dicitur cōmunis esse. Sed de cōmuni duæ partes attribuuntur uiro & tertia mulieri. Vnde uolentes ordinem omnium & singulorum partium membrorum retinere:a capite nunc incipiemus principaliter:& ponemus rubricā unicuique parti totius corporis humani:& non alterius aīalis:ut opus nostrum sit facilius omni lectori. Et connumeratis omnibus membris particulariter a summo capite usque ad plantas pedum finiemus ipsum opus cū auxilio dei qui de nihilo cuncta creauit:& discreuit:solus gubernans oīa: & disponens magno regimine sapientiæ quæ non fallitur.

¶ De capillis. Capitulum.LX.



Apilli plani & extensi & in colore albi uel blundi si sint subtiles & moles significāt hominem naturaliter timidū corde:debilem uiribus:pacificum ī societatibus ubique cōuenietē & māsuetū. Capili grossi & ericii ac breues significant hoīem naturaliter fortē securū:audacem:inquietū:uanū:sæpe fallacē:cupidū pulchrorum:& plus simplicem q̄ sapientē licet fortuna ei faueat. Cuius capilli sunt multū crispi significāt hoīem duri ingenii:aut multæ simplicitatis:siue utrunque. Cuius capilli sunt multi super tpa faciei & super frontem:qbus frons ualet iudicari pilosa significant hominem simplicē:uanū:luxuriosum:cito credētem alteri:in moribus & loquela rusticalis & grossi ingenii. Cuius capilli sunt multum ericii & eleuati & cesareæ ex sua tortuositale significant hominem ualde simplicem:audacem:supbum:duræ capacitatis uelocis iræ: mendacem luxuriosum:maliciosum:in malo psun ptuosum. Cuius capilli in angulo frontis sunt ualde ericii & omnes eleuati uel ptim ex eis sitque frons calua significāt hominem simplicem & partim malitiosum cum sagacitate modorum. Cuius capilli sunt multi.i spissi per totum caput significant hominem luxuriosum:& bonæ digestionis:uanum:ue

locis crudelitatis pigrum in agendis malæ memoriæ:cupidum multorum:ac infortunatum.Cuius capilli ſunt rubei ſignificant hominem inuidum:uenenoſum:fallacem ſuperbum.& maliloquium . Cuius capilli ſunt ualde blundi ſignificant hominem conuenientem ad omnia amãtem honorem.& uanagloriam habentem.cuius capili ſunt ualde nigri ſignificant hominem cõuenientem ad omnia plus ad bonum q̃ ad malum:in officio & opere ſtudioſum:ſecretum:fidelem.& non bene fortunatum.cuius capilli ſunt quaſi albi uel glauci ſignificant hominem bonæ conditionis & conuenientem ad omnia.timidum:uerecundum:debilem:boni ingenii teneræ capacitatis;duram ac crudelem fortunã habentem.cuius capilli ſunt mediocres in quantitate & colore ſignificant hominem conuenientem & plus tendentem ad bonum q̃ ad malũ amãtem uitam pacificam:munditiam & bonos mores.cuius capilli tempore iuuentutis ſunt cani uel eſt caluicies ſignificant hominem mouentẽ ſæpe ad luxuriam:uanum audacem:inſtabilem loquacem.

¶ De fronte. Capitulum. LXI.

FRons multum eleuata in rotundum ſignificat hominem liberalem amicis & notis:lætum boni intellectus:alteri tractabilẽ:& multis gratiis uirtuoſum.cuius frons eſt plana pelle & oſſe & non continens rugas ſignificat hominem ex facili litigantem:uanum:fallacem:plus ſimplicem q̃ ſapientem.cuius frons eſt nimis parua ex omni parte ſignificat hominem ſimplicem:cito iraſcibilem facilis crudelitatis:cupidum rerum pulchrarum.curialem.cuius frons eſt bene rotunda in angulis temporum.ut oſſa quaſi appareant & nuda pilis ſignificat hominem boni ingenii & clari intellectus : multæ audaciæ : in malo magnanimum:cupidum pulchrorum munditiorum & honoris.cuius frons eſt cuſpida in angulis temporum ut oſſa quaſi foris permaneant ſignificat hominem uanum & inſtabilem.in omnibus debilẽ:ſimplicem:& teneræ capacitatis.cuius frons eſt in temporibus quaſi cõflata groſſitudine carnis:ſcilicet ꝙ habeat maxillas carne plenas ſignificat hominem multi animi : ſuperbum iracundum & groſſi ingenii:cuius frons eſt rugoſa & decliuis a medio ut ſit quaſi duplex in facie naſi ſiue habeat uallem ſiue non ſignificat hominem ſimplicem:magnanimum:magni ingenii:& crudelis fortunæ.Cuius frons eſt magna ex oĩ parte & aliq̃tulum rotunda nuda pilis uel calua parum uel ſatis ſignificat hominem audacem:boni ingenii & intellectus:ſagacẽ:malitioſum:magnanimum magnæ iræ non bene legalem.& ideo facile mẽdacem. Cuius frons eſt ualde longa & alta in rotundum ita ꝙ facies uerſus mẽtum ſit figurata in acutum ſignificat hominem ſimplicem.debilem:cõuenienter legalem:& crudelis fortunæ.

¶ De ciliciis. Capitulum. LXII.

Ilia artuata multum & quæ frequenti motu eleuantur in altum significāt hominem superbum: animosum uanagloriosum: audacem minacem: cupidum pulchrorum: & conuenientem ad utraqꝫ. Cuius cilia sunt deorsum declinata cum alteri loquitur uel alterum intuetur quasi latenter sub eis significant hominem ualde malitiosum uel fallacem: mendacem: proditorem: tenacem: pigrum: secretum pauciloquum. Cuius cilia sunt rara a pilis significant hominē simplicem: uanū: debilem: cito crudelem: & in societate satis conuenientem. Cuius cilia sunt naturaliter plicata deorsum ut quasi sint crispa significant hominem inuerecundum pigrum: suspiciosum tenacem: inuidum: & in multis facile seductorem. Cuius cilia sunt ualde breuia & in colore alba uel blunda significāt hominem quasi ad oīa conuenientem debilem: timidum: facile ac cito alteri credentem & conuertibilē.

¶ De interciliis. Capitulum. LXIII.

INtercilia significant hominem tenacem inuidum: secretū: sagacem ualde cupidum pulcrorum uanæ fortunæ: & plus crudelis q̄ delectabilis. Cuius intercilia sunt longa ualde significant hominem aliquantulum duræ capacitatis. subtilis intellectus: magnæ audaciæ multæ fidelitatis: & amicitiæ claræ & perfectæ.

¶ De oculis. Capitulum. LXIIII.

OCuli magni. i grossi & multæ apitionis significant hominem frequēter pigrum: quādoqꝫ audacem: inuidum: partim uerecundū: & ptim nō secretū: cōuenientē tenacē uanū: leuiter mēdacē: magnæ iræ. malæ memoriæ: grossi ingenii: & parui ītellectus: & minus sapientem q̄ se reputet scire. Cuius oculi sunt in capite q̄si absconsi i. concaui in tus & longinq uisus significant hoīem suspiciosum: malitiosum: magnæ iræ: peruersi moris: ualde memorem: audacē crudelem facile mendacē: minacē: uitiosum: luxuriosum: supbū: inuidū & seductorē. Cuius oculi foris ualde p̄eminent significant hominem simplicem ad stultum: parū uerecundū aliquantulū largū facile seruitialem: grossi intellectus & ingenii: cito conuertibilem ad utrunqꝫ. Cuius oculi acute intuentur & studiose ciliis declinatis significant hominē malitiosum & multotiens seductorem: falsariū. sæpe mendacem. inuidum: tenacem: secretum impiū: nec bene legalē. Cuius oculi sunt parui & rotundi conuenienter significant hominem uerecundū: debilē: simplicē: cito credentem dicta alterius: grossi īgenii tardi ītellectus & frequēter crudelis fortunæ: liberalem alteri & cōuenienter uerecūdū Cuiꝰ oculi sunt obliqui significant hominē fallacē: sagacē tenacē. inuidū iracundū. mēdacē & in multis malitiosum. Cuiꝰ oculi sunt uarii & intuitu uagi significāt hominē sæpe mendacē uanū simplicem luxuriosum: seductorē: cito alteri credentem. inuidū: aīosum cupidū pulchrorū: & facile conuertibilē

ad utrunqꝫ. Cuius oculi ſæpe cõniuent:& mouentur ante & retro ſigni-
ficant hominem luxurioſum inſtabilem ſæpe mendacem:facile falſari
um proditorem:infidelem:pſumptuoſum:& durum ad credendum al-
teri. Cuius oculi in albedine aliquantulum ſunt citrini ſignificant ho-
minem ſimplicem ſæpe mendacem:uanum:fallacẽ:ſæpe luxurioſum:
infidelem alteri:& conuenienter ſecretũ ualde ſui ſenſus:& magnæ iræ.
Cuius oculi ſunt multi motus aut duri ſiue tardi intuentes tamen acute
cum reclinatione carnis ciliorum ſignificant hominem ualde malitio
ſum in multis:uanum:pigrum:mendacem:infidelem:inuidioſum: & ri
xoſum. Cuius oculi ſunt quaſi rubei uel uitioſi lachrymis uel ſanguine
ſignificant hominem iracundum:ſuperbum:dedignoſum:crudelem:in
uerecundum:infidelem:mendacem:uanum:ſimplicem:tenere capacita
tis:ſeductorẽ:& ex facili pium. cuius oculi ſunt ualde groſſi quaſi ſimi-
les oculis bonum ſignificant hominem ſimplicem:tardi ĩtellectus ma
le memoriæ.& groſſi nutrimẽti. Cuius oculi ſunt in forma mediocres
tendentes ad nigredinem ſignificant hominem conuenienter pacifi-
cum:manſuetum:legalem ingenii boni magni intellectus:& conueniẽ-
ter alteri ſeruitialem.

De naſo. Capitulum. LXV.

NAſus longus & aliquantulum ſubtilis ſignificat hominem au-
dacem curioſum in factis iracundum:uanum:cito conuertibi-
lem ad utrũqꝫ debilem:& ex facili credentem. cuius naſus fuerit
longus & extenſus habẽs punctam deorſum declinatam ſigni-
ficat hominem ſagacem:ſecretum:ſeruitialem:& conuenienter alteri fi
delem:probum in agendis & ſupplantaneum. cuius naſus fuerit ſimus
ſignificat hominem impetuoſum:uanum:mendacem. luxurioſum:de-
bilem:inſtabilem:cito alteri credentem & conuertibilem ad utrunqꝫ. cu
ius naſus fuerit in medio latus & declinet ad ſummitatem ſui ſignificat
hominem facile mendacem:uarium luxurioſum : uerboſum & crudelis
fortunæ:cuius naſus fuerit undiqꝫ groſſus & bene longus ſignificat ho-
minem cupidum omnium pulchrorum in bonis ſimplicem : in malis
ſapientem:conuenienter bene fortunatum:fictuoſum in eis quæ cupit:
ſecretum:& ualde minus ſcientẽ q̃ ſe ſcire reputet. cuius naſus fuerit ual
de acutus in puncta mediocris inter longum & curtum groſſum & ſub
tilem ſignificat hominem cito iraſcibilem:ualde ſui ſenſus facile rixo-
ſum & dedignoſum:ſagacem:debilem:malitioſum:ſeductorem:minacẽ
& memorem:cuius naſus fuerit ualde rotundus in extremis & cum par
uis naribus ſignificat hominem ſuperbum:groſſi nutrimenti:cito cre-
dentem:uanum:largum & fidelem. cuius naſus fuerit nimis lõgus & in
puncta plus ſubtilis q̃ groſſus & conuenientur rotundus ſignificat ho-
minem in loquendo audacem in agentis probum:facile iniurioſum:fal

lacem:īuidum tenacem in fide secretum:cupidum alieni:& multis mo
dis latenter malitiosum.cuiꝰ nasus fuerit retortus & curuatus in sursum
& longus conuenienter habens punctam grossam significat hominem
audacem:superbum:tenacem.inuidum:cupidum. iracundum.luxurio-
sum.mendacem.seductorem:uanagloriosum.infidelem.rixosum. cuius
nasus fuerit in medio ualde eleuatus significat hominem sæpe menda-
cem.uanū.instabilem.luxuriosum cito credentem.importunum inge-
nii boni.grossi nutrimēti.& plus simplicem q̄ sapientē & malitiosum.
cuius fuerit qualitate rubicundus ultra omnem speciem cæterorum si-
gnificat hominem auarum.impium.tenacē.luxuriosum supplantaneæ
bonitatis.grossi nutrimēti & ingenii.teneræ capacitatis.cuiꝰ nasus fue-
rit conuenienter grossus undiq; & super punctam planus aliquātulum
significat hominem satis pacificum mansuetum fidelē laboriosum se-
cretum & boni intellectus.cuius nasus fuerit super punctam aliquantu-
lum pilosus & undiq; grossus conuenienter & in iunctura frontis parū
subtilis significat hominem bonæ conditionis in omnibus & conuer-
tibilem facile ad utraq;.cuius nasus fuerit ubiq; grossus nares habens la
tas significat hominem grossi ingenii & plus simplicem q̄ sapientem
mendacem fallacem subdolum rixosum luxuriosum inuidum & uana-
gloriosum.

¶ De naribus. Capitulum. LXVI.

NAres nasi strictæ ac subtiles significant hominem habentem
paruos testiculos sagacem dedignosum mendacem fidelem ua
nagloriosum cupidum pulchrorum in agendis modestum.cu
ius nares fuerint magnæ & amplæ significant hominē haben
tem magnos testiculos luxuriosum proditorem uanum falsum audacē
mendacem inuidum cupidum grossi īgenii tenacem parum timidum.
cuius nares fuerint ualde obtusæ significant hominem insipientē ua-
num mendacem superbum asperæ fortunæ & bellicosum.

¶ De ore. Capitulum. LXVII.

OS magnum & latum ex clausura & aperitionē significat homi-
nem audacem inuerecundum facile bellicosum mendacem uer
bosum nouigerulum.comestorem.immundum:grossi ingenii
tenacem:& ualde insipientem. Os cuius fuerit parua clausura
& aperitio significat hominem pacificū:timidum:fidelem:secretum:te
nacem:largum:uerecandum:doctrinalē:& parum comedentem.Cuius
os fetet flatu significat hominem in epate uitiosum : sæpe mendacem:
uanum:lassiuum:fallacem:teneræ capacitatis:grossi intellectus seducto
rem:inuidum:cupidum alieni:& conuenienter alteri largum:nouigeru
lum:cito credētem:& plus simplicem quam sapientem.Cuius os redo-
let flatu significat hominem conuenientem:sapientem:in dando & re-

tinendo ſagacem:ſecretum cupidum pulchrorum:fidelem:cito credentem & conuertibilem ad utraqꝫ.

De labiis. Capitulum. LXVIII.

LAbia oris ualde groſſa uel nimium reuolata foris ſignificant hominem plus ſimplicem q̄ ſapientem:cito credentem:groſſi nutrimenti:& conuenientem ad utraqꝫ.Cuius labia fuerint conuenienter ſubtilia & non multum foris retorta ſignificant hominem diſcretum in omnibus:ſecretum:ſagacem:iracundum:& multi ingenii.Cuius labia fuerint bene colorata & plus ſubtilia quam groſſa ſignificant hominem bonæ conditionis in omnibus & cito conuertibilem ad utrunqꝫ & citius ad uirtutes q̄ ad uitia. Cuius labia non ſunt bene æqualia in omni ita ꝙ unum ſit maius altero ſignificant hominem plus ſimplicem q̄ ſapientem : groſſi ingenii:tardi intellectus : & uariæ fortunæ.

De dentibus. Capitulum. LXIX.



Entes parui & debiles in opere & rari & curti ſignificant hominem debilem:boni ingenii:teneræ capacitatis:manſuetum legalem:fidelem : ſecretum:timidū:uitæ breuis:& ad utraqꝫ conuenientem. Cuius dentes non ſunt ſibi æquipollentes quantitate & ſitu gingiuarum ita ꝙ quidam ſunt ſtricti quidam lati quidam rari quidam ſpiſſi ſignificant hominem ſagacem:ingenii boni:audacem:dedignoſum:inuidum:& facile conuertibilem ad utraqꝫ.Cuius dentes ſunt ualde longi & quaſi acuti & aliquantulum rari & fortes in opere ſignificant hominem inuidum:impium:guloſum:audacem quaſi inuerecundum:mēdacem:falſum:infidelem:& ſuſpicioſum. Cuius dentes ſunt citrini uel bruni ſiue ſint curti ſiue longi ſignificant hominem plus ſtultum q̄ ſapientem:groſſi nutrimenti.cito credentem:turbidi intellectus : ſæpe fallacem:mendacem:inuidum:cupidum alieni & ſuſpicioſum. Cuius dentes ſunt groſſi & lati ſiue declinēt foris ſiue intus ſiue ſint rari ſiue ſpiſſi ſignificant hominem uanum:laſſiuum:groſſi nutrimenti cito credentem : ſimplicem fallacem mendacem:& teneræ capacitatis.Cuius dentes ſunt fortes & ſpiſſi ſignificant hominem longæ uitæ.cupidum pulchrorum.duræ capacitatis : groſſi ingenii.magnanimum.multum ſui ſenſus.nouigerulum.& cito credentem.Cuius dentes ſunt debiles parui rari & exiles ſignificāt hominem debilem breuis uitæ:ſagacem:capacitatis bone.cito credentem:cōmuniter uerecundum.tractabilem.māſuetū & legalem. Cuius dentes ſunt fortes & ſpiſſi ſignificant hominem longæ uitæ.luxurioſum.comedonem audacem fortem.diſcretum.& ſui ſenſus.

De lingua. Capitulum LXX.

L Ingua nimis uelox ad loquendum significat hominē plus simplicem q̄ sapientem grossi ingenii.mali intellectus cito credentem & facile conuertibilem ad utraqꝫ. Cuius lingua balbutit loquendo significat hominem ualde simplicem.uanum instabilē. iracundum.cito ab ira conuertibilem.seruitialem.& debilem.Cuius lingua est ualde grossa & aspera significat hominem sagacem : malitiosum.conuenienter seruitialem.uanum.dedignosum. secretum.proditorem.nouigerulum.timidum:impium: conuenienter sufficientem multorum.Cuius lingua est subtilis significat hominem sagacem.ingeniosum facile timidum.cito credentem atqꝫ conuertibilem ad utrunqꝫ.

¶ De flatu. Capitulum. LXXI.

F Latus multus significat hominem multi spiritus.& econuerso. cuius defectus est duplex.aut ex paruitate pulmonis.aut ex uitiositate toracis.Et ideo animal multi flatus est multæ fortitudinis & multi potus.

De uoce. Capitulum. LXXII.

U Ox grossa in sono significat hominem fortem audacem:superbum:luxuriosum.comedonē.ex facili bellicosum.ualde sui sensus.mendacem.fallacem.secretum.iracundum.clamosum.inuidum.Cuius.uox est subtilis & debilis paruo flatu significat hominem debilem.timidum intellectus boni sagacē pauci cibi.Cuius uox est clara & bene expedita in somno significat hominem connenienter prouidum.ueracem sagacem ingeniosum mendacem. uanagloriosum & cito credentem.Cuius uox est solida in cantu significat hominem cō uenienter fortem.intellectuatum.cautum tenacem. cupidum alieni : & ingeniosum.Cuius uox est tremula significat hominem inuidum suspiciosum:uanagloriosum:pigrum.debilem & timidum.Cuius uox ē ualde alta in tono significat hominem fortem.audacem.iniuriosum. & sui sensus.Cuius uox est ualde aspera siue in cantu siue in loquela significat hominem grossi ingenii intellectus & nutrimenti.Cuius uox nimis resonat uel impedita catarris &c. significat hominem plus simplicem q̄ sapientem grossi nutrimenti.uanum instabilem.facile timidum.mendacem.& cito credentem.Cuius uox est mitis & plana & grata auditori significat hominem pacificum:secretum:timidum.tenacem:iracundum & ualde sui sensus:Cuius uox incipit a graui & finit in altum significat hominem iracundum:impetuosum:audacem:& tutum.cuius uox in uocatione alterius sonat mollis significat hominem debilem:mansuetū: tenacem & sagacem. Cuius uox in uocatione alteris est acuta & alta significat hominem tutum:iracundum:audacem:sagacem : maliciosum: & satis superbum.cuius uox est dirupta alta & placabilis significat hominem timidum:& ex facili uanum:animosum:cito credentem : & luxuriosum.

¶ De risu. Capitulum. LXXIIII.

R Isus abundat in ore stultorum & habentium splenem magnã & ecõuerso. cuius bucca ex facili ridet significat hominem simplicem uanum: instabilem: cito credentem: grossi ingenii & nutrimenti: seruitialem: & nõ secretũ. cuius bucca raro ridet & breuiter significat hominem stabilem: tenacem: sagacem. clari intellectus secretum: fidelem & laboriosum. cuius bucca duræ mouetur ridendum significat hominem sapientem: ualde sui sensus: sagacem ingeniosum: patientem: tenacem: studiosum suæ artis. iracundum: supplantaneum. cuius bucca facile ridet: & ridendo sæpe tussit uel ossitat aut torquet caput significat hominem uarium: inuidium: cito credentem & conuertibilẽ ad utrunq;. cuius bucca ridendo torquetur cum derisione alterius significat hominem arrogantem: falsum: tenacem: iracundum; mendacem: & aliquantulum proditorem.

¶ De mento. Capitulum. LXXIIII.

M Ento amplius & grossus carne multa significat hominem pacificum: mediocris capacitatis: grossi ingenii: legalem: secretum & facile conuertibilem ad utrunq;. cuius mento est acutus & conuenienter plenus carne significat hominem boni intellectus. alti: cordis & satis laudabilis nutrimenti. cuius mento est q̃si duplex quadam ualle significat hominem pacificũ: grossi ingenii uanum cito credentem: conuenienter alteri seruitialem: & ualde supplãtaneum & secretum sacrorum cuius mento est acutus & subtilis carne significat hominem audacem bellicosum: irascibilem: dedignosum: timidũ: debilem: & aliquantulum seruitialem. cuius mento est recuruus cũ ualle in iunctura maxillarum & carne macer quasi acutus significat hominem pessimũ: simplicẽ: audacem: superbum. minacem: inuidum: tenacem: fallacem: cito irascibilem iracundum proditorem furem. & supplantaneum.

¶ De barba. Capitulum. LXXV.

B Arba nascitur uiro ultra. xxiiii. annum paulatim de die in diem. & tunc nascitur femur extra sexum. Et est sciendũ ꝙ tales pili ꝓcreantur de superfluitatibus ciborum. fumositas quoq; superascẽdit usq; ad partes maxillarum uelut fumus ad foramina camini. Et cum amplius non inueniat meatus aptos quibus bene ualeãt supius ascendere: sic inde exeunt in modũ piloꝝ q dicuntur pili barbæ. Mulieres pene omnes carent barba in maxillis. Et est sciẽdũ ꝙ omnes humores in q̃bus in uiris barba generat̃: in mulieribus menstruũ: quod est eis quodã meatu & motu ætatis lunæ: quandoq; semel in mense: & quãdoq; bis cuius exitus dicitur esse fluxus siue superfluũ. Istud uero cõtingit quãdo mulier non est grauida iam transacta. xii. annos. & hoc menstruum quandoq; ei in lac transmutatur intra mammas. Veꝝ est ꝙ hi hu-

mores ita subtiles ex natura calidi sunt ꝙ ex eis quasi oriuntur pili aliquando in maxillis mulieris & proprie circa os ubi magis abundet calor:& hæc mulier dicitur esse barbuta.Sciendum quod talis mulier est ualde luxuriosa propter calidam sui complexionem.Est ergo fortis naturæ & uirilis conditionis.Mulier uero bene munda a pilis & precipue circa os secundũ phisionomiam dicitur esse bonæ complexionis scilicet timida:pauida uerecunda debilis mitis & obediens & ecõuerso barbuta.Item dicimus ꝙ in maxilla faciei aut habet barbam aut non habet quæ si habet iam dictum est.sed si non habet aliquid barbæ hoc ꝑdicendum est:ꝙ non habens aut non est adhuc in ætate habendi : aut est propria causa qua nunq̃ potest exire. Puer non habet barbam eo ꝙ non est natura tam potens adhuc neq; tam matura ꝙ possint porri maxillarum aperiri:& idem intelligendum est de puella ratione menstrui propter lunam loco barbæ.cuius barba est bene ordinata siue composita & spissa pilis significat hominem bonæ naturæ & rationalis conditionis ad omnia ſm coniunctum & datos mores producte : & econuerso.De illis qui habent eam male compositam ut patet in eunucis : q postq̃ perdiderint ambos testiculos ualde transmutantur a natura uirorum in naturam mulierum.

¶ De facie. Capitulum. LXXVI.

FAcies quæ sæpe sudat ex facili motu significat hominem calidæ naturæ:uanum:luxuriosum:bene comedentem.grossi ingenii ac nutrimenti.Cuius facies est ualde carnosa significat hominem timidum conuenienter lætum largum:discretum:luxuriosum:male memoriæ:cito credentem audita : & bene legalem alteri importunæ uoluntatis in optato: inuidum . & satis conuertibilem ad utraq; & ualde præsumptuosum.cuius facies est macilenta significat hominem sagacem fatigabilem intellectus boni:plus crudelem q̃ pium teneræ capacitatis.& dedignosum . Cuius facies est ualde minuta & rotunda figuraliter significat hominem simplicem . timidum . debilem grossi nutrimenti.malæ memoriæ . Cuius facies est similis ebrioso significat hominem bibentem uinum bonum:luxuriosum : uanum.fortem.& ex facili inebriatur.Cuius facies irascibili assimiliatur cito & ex facili irascitur & tenet iram diu.Cuius facies est longa & macra significat hominem ualde audacem lingua & facto.simplicem . rixosum . superbum.iniuriosum.fallacem . durum moribus . pium & econuenienter luxuriosum . cuius facies est communis inter longam & rotundam macram & crassam significat hominem conuenientem ad omnia tamen citius in bono q̃ in malo.cuius facies est ualde crassa & lata significat hominem simplicem plus quã sapientem . grossi ingenii tardi intellectus.hebetem in agendi.sæpe uanagloriosum.credentem . conuer-

tibilem ad omnia luxuriosum uanũ obliuiosum. in malo falsum. detra ctorem. & supplantaneum. cuius facies est ualde plana. sine tumore ualde eleuato significat hominem bonæ conditionis ad omnia: & satis amabilem: alteri seruitialem: cito credentem: non multum sagacem: satis fidelem. & plus simplicem quã sapientem ac patientem in pace communiter grauia per aduersum fortunam. cuius facies est aliquantulum uallata & plus macra quã crassa significat hominem iniuriosum. inuidiosum. fallacem. mendacem. audacem. rixosum. laboriosum. grossi ingenii: uanum. ualde simplicem: & tardi intellectus cuius facies est mediocris ad quãlibet dispositionem cæterarum tamen plus pinguis quã macra significat hominem in sermone ueracem. facilem. seruitialem. communiter ingeniosum. sagacem: & memorabilem. Cuius facies est ualde curua & longa ac macra significat hominem grossi ingenii quasi ad omnia bona: simplicem: tardi intellectus. & non legalem. & ex leui occasione malitiosum. cuius facies est latior a fronte inferius usq; ad iũcturam maxillarum & altior quã postea significat hominem simplicẽ in agendis & in loquela inuidum. partim timidum. partim audacem. tenacem. mendacem. uanum fallacem. animosum rixosum. debilem. grossi nutrimenti. & mali ingenii. cuius facies est bene disposita carne colore & suis partibus ut oculis ciliis &cæ. quibus fit delectabilis & placida significat hominem generaliter bene dispositum ad agendum uita & uirtutes. cuius facies est in colore pallida significat hominem non bene sanum. ualde malitiosum proditorem mendacem superbum. uanũ: luxuriosum. tenacem. inuidum præsumptuosum. grossi nutrimenti. nõ bene fidelem neq; legalem. cuius facies est bene colorata significat hominem laudabilis dispositionis in sua complexione lætum cito credẽtem. alteri conuenienter seruitialem. intellectus boni. & ex facili ad omnia conuertibilem.

¶ De auribus: Capitulum. LXXVII.

AVris est hominis & auricula cæteri animalis: & unguis est hominis ungula cæteri animalis. Cuius aures sũt: magnæ & grossæ significat hominem. simplicem uel stolidum pigrum grossi nutrimenti: malæ memoriæ: duræ capacitatis. Cuius aures ualdæ sunt paruæ & subtiles significant hominem boni ingenii. intellectus: & sapientiæ: secretũ: pacificũ: sagacem: timidum: honestum: mũdum: tenacem: uerecundum: uanagloriosum: animosum: memoriæ bonæ. satis alteri: seruitialẽ. Cuius aures aliquantulum sunt longæ idest ultra cõmunem formam uel amplæ ex transuerso significant hoĩem audacem: inuerecundũ: uanum: pigrũ: insipientẽ: alteri seruitialẽ. pauci laboris & multæ comestionis.

¶ De capite. Capitulum. LXXVIII.


Aput magnum:& bene rotundum ex omni parte signi-ficat hominem secretum:sagacē in agēdis : ingeniosum: discretum magnæ imaginationis:laboriosum:stabilē & legalem. Cuius caput est habēs gulam grossam cum collo ꝙ declinet uersus terram significat hominem sagacē. tenacem:pacificum:secretum:ualde sui sensus & stabilem in agendis. Cuius caput est longum habens faciem longam & magnā ac deformem significat hominem fatuum:malitiosuꝫ:uel ualde simplicem:uanum:cito credentem:nouigerulum:ac etiam inuidum. Cuius caput est ualde uolubile hinc & illinc significat hominem fatuum:simplicem:uanum:mendacem:fallacem:ꝓsumptuosum:instabilem:tardi ītellectus:mali ingenii:teneræ capacitatis:aliquantulum prodigum & nouigerulum. Cuius caput est grossum habens latam faciem significat hominem suspitiosum:ualde animosum:cupidū pulchrorum:sagacē simplicem:grossi nutrimēti:secretum:audacem & non bene uerecundum. Cuius caput est grossum & non conuenienter formosum habens gulā curtam & collum grossum significat hominem in se satis sapientem:sagacem:secretum ingeniosum:stabilis imaginationis:fidelem.ueracem: & multis tractabilem. Cuius caput est paruum habens gulam subtilem & longam significat hominem ualde debilem insipientem:pauci cibi: doctrinalem:& non bene fortunatum.

¶ De gula. Capitulum. LXXIX.

GVla candida siue macra aut crassa significat hominem uanagloriosum:uanum:timidum:laxiuum:facile mendacem:conuenienter sagacem:magnæ iræ:& diu dedignosum. Cuius gula est macra & subtilis & in qua uenæ apparent significat hominem malæ fortunæ debilem:timidum:pigrum:grossi nutrimenti:cito credentē & conuertibilem ad utraqꝫ.

¶ De collo. Capitulum. LXXX.

COllum longum significat pedes longos:& gracile graciles:etiā significat hominem simplicem:non secretum:timidum:debilem:inuidum:mendacem:fallacē indoctrinalē & cito conuertibilem ad utraqꝫ. Cuius collum est curtum significat hominem sagacē:tenacem:fallacem:secretum:stabilē.discretū.iracundū : ingeniosum:magni intellectus:cōuenienter fortem:amantem pacem:dominiū: & oīa timida.

¶ De spatulis. Capitulum. LXXXI.

SPatulæ macræ & minutæ significant hominē debilem:timidū: pacificū:pauci laboris:cito credentem.& ad oīa conuertibilem. Cuius spatulæ sunt latæ & grossæ significāt hominem fortem: tenacē:fidelē:grossi ingenii & nutrimēti:simplicē:multi laboris: atis comedentem:& libenter stantem in pace. Cuius spatulæ sunt cur-

uæ ad interius significant hominem sagacem:pigrum:secretum:ingeniosum:& supplantaneum. Cuius spatulæ sunt abrasæ significant hominem simplicem:tenacem:laboriosum:modestum in omnibus ut lingua & comestione:pacificum:cito credentem:& conuertibilem ad utraq. Cuius spatulæ sunt inequales ut una earum sit altera maior significant hominem pigrum tardi intellectus:grossi ingenii & nutrimenti: simplicem:duræ capacitatis fidelem:audacem:tenacem:ꝓditorem:falsum & non credentem. Cuius humeri spallarũ sunt ualde eleuati significant hominem apertæ uitæ:moribus:inuidum:simplicem:uanũ:mẽdacem:instabilem.audacem:inuerecundum:& rixosum.

¶ De brachiis. Capitulum. LXXXII.

Brachia longa quæ extensione attingunt genua licet raro contingat significant hominem liberalem:audacem:superbum:impetuosum:desiderii:debilem:simplicẽ:cogitaminis pauci & uanagloriosum.Cuiꝰ brachia sũt ualde curta respectu staturæ corporis significant hominem bellicosum:ingratum:audacem:inuidum: superbum:factuosum & tenacem:Cuius brachia sunt grossa ossibꝰ neruis & multa carne significant hominem cõuenienter fortẽ:superbum: cito ꝓsumptuosum:inuidum:cupidum pulchrorum:& cito credentem. Cuius brachia sunt pinguia & musculosa significant hominem uanagloriosum:cupidum quorundam:delectabilem : & plus insipientem q̃ sapientem in agendis.Cuius brachia sunt ualde pilosa siue sit macra siue crassa & mollis carnis significant hominem luxuriosum teneræ capacitatis:debilem:multæ suspitiõis:& sagaciter malitiosum.Cuius brachia sunt ualde nuda pilis significant hominem teneræ capacitatis:magnæ iræ cito credentem:uanum laxiuum:mendacem:facile fallacem: sagacem in malo:& debilem.

¶ De manibus. Capitulum. LXXXIII.

Manus mollis carnis macræ & lõgæ significat hominem boni intellectus:teneræ capacitatis:ex facili timidum:libenter pacificum satis legalẽ:discretum:seruitialem domesticæ cõuersatiõis: & doctrinalem.Cuius manus sunt ualde grossæ ac breues significant hominẽ grossi ingenii:simplicẽ:uanũ:mendacẽ:fortem:laboriosum:fidelem:cito credentem:& breuis iræ.Cuius manus sunt pilosæ & grossorum pilorũ ac digitorũ & curuorũ significant hominem luxuriosum:uanũ:mendacẽ:grossi ingenii:& plus simplicem q̃ sapientem.cuiꝰ manus in digitis curuantᷣ sursum significant hominẽ liberalẽ & seruitialem capacitatis bonæ:sagacẽ:parũ inuidũ.longæ iræ:intellectus boni:& mediocrem inter secretũ & nõ secretũ.cuius manus sunt implicabiles uersus extremam partẽ digitorum significant hoĩem tenacẽ:cupidũ:cogitaminosum:laboriosum:sagacẽ:duri ꝓpositi:& nõ cito conuer-

tibilem ad credendum audita.

¶ De pectore. Capitulum. LXXXIIII.

PEctus grossum & amplum significat hominem fortem:audacē:superbum:tenacem:iracundum:rapacem:cupidū:inuidum:& sagacem:cuius pectus est strictum & in medio aliquantulum eleuatum significat hominem subtilis spūs alti intellectus:consilii boni ueracem.mundum.ingeniosum.sagacem.sapientem.magnæ iræ.cito irosum & cōuenienter secretum.cuius pectus est aliquantulum pilosum significat hominem luxuriosum.ualde sagacē.paulum duræ capacitatis.liberalem.laboriosum.& alteri seruitialē.cuius pectus est mūdum a pilis significat hominem debilē.& teneræ capacitatis:cuius pectus est planum & macrum ac mundum a pilis significat hominem timidum laudabilis uitæ & ingenii teneræ capacitatis.pacificæ uitæ.secretum.& duræ conuersationis ad plurima.

¶ De dorso. Capitulum. LXXXV.



Orsum siue spinale pilosum macrum & ualde eleuatum ab equalitate partium significat hominem inuerecundum malitiosum.bestialem:mali intellectus.debilem.paruæ fatigationis & pigrum.cuius dorsum est magnum & pingue significat hominem fortem.grossi nutrimenti.uanum.tardum.pigrum.& multæ fallaciæ.cuius dorsum est subtile & extensum & plus macrum q̄ crassum significat hominem debilem.& ex facili pauidum.uanum.rixosum & cito credentem quæ audit.

¶ De uentre. Capitulum. LXXXVI.

VEnter pāciatus significat hominem leuiter dedignosum.comedonē. bibonem.tardum.magnanimū. uanagloriosum.falsum.luxuriosum.mēdacem.partim legalem & partim proditorem. Cuius uenter est paruus & extensus significat hominem laboriosum.conuenienter stabilem.sagacem.intellectus boni & teneræ capacitatis. Cuius uenter est ualde pilosus.s.ab umbilico inferius significat hominem loquacē audacem.sagacem.intellectus boni.teneræ capacitatis.& conuenientem ad utraq; eloquentem.ex facili pauidum.tractabilem pro amicis.altis cordis.& non bene fortunatum.

¶ De carne. Capitulum. LXXXVII.

CAro mollis ubiq; corporis significat hominem debilem:luxuriosum:ex facili timidū:ītellectus boni:teneræ capacitatis pauci cibi:fidelem:uariæ fortunæ:& plus aduersæ q̄ prosperæ.Cuius caro est dura uel aspera significat hominem fortem : audacem:duri ingenii.uanum superbum.plus insipientem q̄ sapientem : & crudelis fortunæ.Cuius caro est pinguis & alba significat hominē ua-

num.uanagloriosum.hebetem.obliuiosum.curiosum ad omnia:aliquātulum timidum uerecundum.sagacem.malitiosum.mendacem.durum ad credendum omnia.

¶ De costis. Capitulum. LXXXVIII.

COstæ crassæ & carnosæ significat hominem fortem tardum: & ualde simplicem. Cuius costæ sunt subtiles & paruæ ac nudæ a multa carne significat hominem debilem:pauci laboris. sagacem malum & iustum ad bonum.

¶ De femore. Capitulum. LXXXIX.

FEmur ualde spissum pilis ac bene ericiis significat hominē luxuriosum fortem ad coeundum.& eius semen ualet ad concipiendum.Cuius femur est rarum pilis & subtilibus & extensis significat hominem conuenienter castum idest raro luxuriantē: & eius semen non est bene uirtuosum ad concipiendum. Cuius femur est ratum siue male dispositum significat hominem debilem timidum raro coeuntem.& cito conuertibilem ad utrunq;.

¶ De coxis. Capitulum. LXXXX.

COxæ bene pulposæ significant hominem fortem : audacem: superbum : ut patet in dextrariis:gallis:& falconibus : & econuerso.

¶ De genubus. Capitulum. LXXXXI.

GEnua pinguia significant hominem timidum:liberalem:uanū pauci laboris. Cuius genua sunt macra significāt hominem fortem:audacem:fatigosum:secretum:& boni itineris.

¶ De cruribus. Capitulum. LXXXXII.

CRura hominis habent magnas pulpas retrorsum eo q; carent cauda. Sciendum est q; Aristoteles dicit in libro animalium. Omne animal carens pulpa magna in cruribus habet caudam alicuius substantiæ.ut pilorum &c̄.Cuius crura sunt grossa ossibus & carne ac pilosa significant hominem fortem:audacem:securum: grossi īgenii pigrum:tardum:& duræ capacitatis. Cuius crura sunt subtilia & non bene pilosa significant hominem debilem:timidum intellectus boni:fidelem:seruitialem : & raro luxuriosum. Cuius crura sunt omnino nuda a pilis significant hominem castum : debilem:& cito pauidum.Cuius crura sunt ualde pilosa significant hominem pilosum circa genitalia & luxuriosum:sæpe uanum:simplicem:& instabilē uel abūdantem malis humoribus.

¶ De cauiculis pedum. Capitulum. LXXXXIII.

CAuiculæ pedum,grossæ & crassæ & ualde foris p̄eminentes significant hominem uerecūdum:timidum pauidum debilem: parui laboris:sagacem:fidelem:& tractabilē.Cui⁹ cauiculæ pe-

dum habent neruos ualde manifestos & uenales significant hominem audacem:fortem:superbum & animosum.

¶ De pedibus. Capitulum. LXXXXIIII.

PEdes magni.i.grossi in carne & longi in figura ac duræ pellis significant hominem simplicem fortem:grossi nutrimenti tardi intellectus:& uanum.Cuius pedes sunt tardi & subtiles. macri ac pellis mollis significant hominem boni intellectus : alti ingenii:timidum:debilem:sagacem : fatigabilem : parui laboris & cito credentem.

¶ De unguibus. Capitulum. LXXXXV.

UNguis ē hominis. Vngula uero cuiuslibet cæteri animalis. Vnde ungues subtiles ac boni coloris & longæ formæ significant hominem bonæ conditionis ad dispositionem sui in sanitate: & ꝙ mater tempore grauidationis non comedit res ualde salitas:immo insipidas.& econuerso:ut patet de unguibus auium rapaciū respectu cæterarum. Cuius ungues sunt in colore pallidæ significant sanitatem &c.nisi sint sic a natura. ut patet de illis accipitrum & falconum.

De calcaneis. Capitulum. XCVI.

CAlcanei pedum parui & macri significat hominem facile timidum:pauidum:& debilem:Cuius calcanei sunt magni & crassi significant hominem securum:fortem:audacem : fatigabilem: & plus insipientem ꝗ sapientem.

¶ De plantis pedum. Capitulum. XCVII.

PLantæ pedum continet signa cauallium uelut manus uinculis quibus facile potest cognosci tota fortuna animalis & infortunium uita & mortis & tempus:ut patet sufficienter in arte quæ dicitur Chiromantia quā plene sciuimus in nostris diebus uelut acrumantia:& piromantia & quasdam alias.Nam illorum signorum ꝗdam significant bonum:quædam malum:& quædam inter utrunq; cū dubio.Vnde sciendum est ꝙ fixuræ multæ & longæ significant multa impedimenta uitæ & laborem & paupertatem & miseriam. Curtæ uero significant peius in omni gradu.Cuius pellis plantarum est grossa significat hominem fortem & firmum:subtilis uero debilem.

¶ De passibus pedum eundo. Capitulum. XCVIII.

PAssus pedum eundo si fiāt tardi & ampli significant hominem habētem malam memoriam:grossi ingenii:turbidi intellectus, cenacem:pauci laboris:& non facile credentem omnia. Cuius passus eundo fiunt ueloces & curti significant hominem ucloceē in agendis:cito imaginantem uicem:teneræ capacitatis.cuius passus fiunt ampli & discordati uiam rectam non tenentes significant simplicē & grossi nutrimenti ac sagacem in malo:ut patet de uulpe:

¶ De motu personæ. Capitulum. LXXXXIX.

MOtus personæ festinus cum debeat esse rationabiliter firma siue loquatur siue sedeat siue stet in pedibus ut mouendo manus uel pedes uel caput nec sit ei necesse significat hominem immũdum:indiscretum:male loquentem:uanum:instabilem:mendacem:& non bene fidelem.cuius motus fit raro quando loquitur significat hominem satis conuenientem ad singula ut sagacem:tenacem:seruitialem:stabilem:& boni intellectus. cuius motus fit uelox & sine causa uel ante uel post significat hominem simplicem:grossi ingenii:& ualde malitiosum. Cuius motus est claudicus significat hominem malitiosum:mendacem falsum:inuidum cupidum alieni:& aliquantulum conuenientem ad omnia ad quæ moueantur uel moueri debeat alter.

¶ De gibbosis & strumosis. Capitulum. C.

GIbbus idest strumo significant hominem sagacem:ualde ĩgeniosum:malæ memoriæ fallacem & satis malitiosum.cuius gibbus est tantum ante significat hominem in animo duplicem.& plus simplicem q̃ sapientem.

¶ De statura hominis. Capitulum. CI.



STatura hominis multum nũciat de illo:unde si hasta fuerit longa & bene recta ac plus macra q̃ pinguis significat hominem audacem:crudelem:superbum:clamosum:uanagloriosum:duræ iræ:tenacem:præsumptuosum:nõ cito credentem audita:sæpe mendacem:& in multis malitiosum.cuius hasta est longa & crassa cõuenienter significat hominem fortem:facile infidelem:falsum:grossi ingenii:tenacem sagacem ingratum & supplantaneum cuius statura est ualde longa macra & subtilis significat hominem insipientem uanum mẽdacem grossi nutrimenti importunum adoptata cito credentem debilem in agendis tardum & ualde sui sensus.cuius statura est curta æ grossa significat hominem uanum inuidum suspitiosum. & plus simplicem q̃ sapientem:grossi ingenii & conuenienter alteri seruitialem & credentem longæq; iræ.cuius statura est macra & curta ac bene recta significat hominem naturaliter sagacem ingeniosum tenacem superbum audacem secretum fatigabilem uanagloriosum conuenienter sapientem intellectus boni & ualde supplantaneum.cuius statura est decliuis anterius non tamen uetustate sed natura significat hominem sagacem secretum habentem grossi nutrimenti seuerum tenacem laboriosum duræ iræ & non cito credentem.cuius statura est uersa in posteriori parte significat hominem stolidum modici intellectus grossi nutrimẽti uanum malæ memoriæ & cito conuertibilem ad utraq;.

¶ Notula doctrinalis. Capitulum. CII.



Vm uideris hominem humilem rubeum fidelem longum sapientem pinguem uelocem macrum simplicem bonum pulchrum non uanagloriosum pauperem non inuidum album sapientem cum naso sonantem bene loqui industrem non mendacem rectum in hasta non audacem non crudelem etiam ex facili clamosum albū nō facile timidum loquentem modesto usu non supplantaneum & sagacē non calidum in carne ac pilosum in cruribus & in uentre. & non sæpe luxuriosum inuentem oculo non fallacem & mendacem ac uanum nō sub dolum bene sapiētem suæ artis bonitate utentem bene diuitem nō tenacem non crudelem contra miseriam alterius bene pauperem non pium & misericordem morbidum uenditorem non mendacem ac laudatorem suæ mercis emptorem non in aliquo mercem optatam calūniantem habere bonum forum & uolentem esse bonum quo ad deum non multipliciter aduersatum. Redde speciales gratias soli deo & eius matri. Et tunc est operatio diuina contra cursum communem naturæ mundi transitorii.

¶ Capitulum ultimum libri phisionomiæ in quo comprehenditur intentio singulorum capitulorum eiusdem scientiæ.




Hisionomista oportet te scire sapiēter omnia quæ prædiximus in unoquoq; capitulo iudiciorū particularium ne iudicando quemq̄ precipites in eandem scientiam cum iudicium in uno istorum non solum modo sit attendentem. Sed quilibet phisionomista debet caute colligere in se ipso testimonia illa uniuersi corporis quæ non de aliquo accidentaliter transmuttantur ut de sanitate in infirmitatē &c. uel uti sunt testimonia oculorum frontis nasi aurium dentium &c. Et cum diuersa testimonia huius præbeant iudicium dignitatis phisionomiæ semper declinandum est ad uniuersale iudicium & maioris partis omnium membrorum quæ supra diximus ordinare. Et qui aliter fecerit cadet leuiter in errorem. Causa est quia omne mēbrum habet per se certa iudicia ut patet in prædictis capitulis: & ideo nullus homo est qui solummodo sit unius iudicii propter certum membrum cum unū contradicat alteri. Et magis uincens deuincat minus. Et quia membra sunt multa: & quodlibet habet sua iudicia non uidentur capitula errare: cum nō sit ex toto unū in unoquoq; homine de his quæ prædiximus: immo uidebitur multum diuersificari a toto: quod si esset non esset iuxta probatio. Oculi habent sua iudicia: & homo causa oculorum debet esse sic dispositus: sed alia membra ad quid erunt? Ergo cum tot mēbra sint ideo sunt multæ diuersitates in homine. Et sic nullus homo cadit

in iudicium unius membri:sed omnium:quare cum discretione sunt in uestiganda capitula & commiscenda.in super credendum est q multa sunt accidentia quae ueraciter laxant:quando huiusmodi rei ueritatem considerare uoluerimus in omnibus.s.aetas personae:aetas temporis ad personā:longa permanentia in loco:longus usus doctrinae:longus usus certae societatis:nimia regnatio humorum complexionis praeter solitum:aegritudo accidentalis:uiolenta accidentia contra naturam:& defectus alicuius sensus naturalis ex quinq. Quare finaliter cum grandi industria huius omnia quae supra diximus attenduntur commixtae. Et sic aliquis iudicium de praedictis modo aliquo non errabit:& non erratū non fallet deo uolente. Et haec de Phisionomia quae nunc praediximus dicta sufficiant.

LAVS OMNIPOTENTI DEO.

¶ Impressum Venetiis per Melchiorem Sessa.
Anno. Domini. M. CCCCC. VIII. Die.
xxiii. Mēsis Maii.







Characteres ⁊ nomina signoꝝ zodiaci.					
♈	1	Aries	♎	7	Libra
♉	2	Thaurus	♏	8	Scorpius
♊	3	Gemini	♐	9	Sagittarius
♋	4	Cancer	♑	10	Capricornus
♌	5	Leo	♒	11	Aquarius
♍	6	Uirgo	♓	12	Pisces
Characteres ⁊ nomina planetarum.					
♄	1	Saturnus	☿	6	Mercurius
♃	2	Jupiter	☽	7	Luna
♂	3	Mars			
☉	4	Sol	☊		Caput
♀	5	Uenus	☋		Cauda
Characteres ⁊ nomina Aspectuum.					
☌		Coniunctio			B
☍		Oppositio	□		Quartus
△		Trinus	⚹		Sextilis